





1. Stolberg s. Balth. / diff. de Angarijs  
Veterum Wittenbergae, 1680.
2. — diff. de Prosecuris Iudeorum  
Wittenbergae, 1682.
3. Strauchi s. Agidij. / diff. de Spirituali  
Fidelium reuotione, Daatiscr, 1672.
4. — Rechabami Regis Iudeorum  
Vita & Regum XII Dissertatione  
Descripta, Wittenbergae, 1683.
5. Toepper s. Andre. / diff. ex Jerem. XVIII  
y. 1=6. Ius. Figuli in Cutum compa-  
ratum cum jure Dei in Damum Israel.  
Wittenbergae, 1695.

20

Q. D. B. V  
AVSPICIIS  
RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI  
SERENISSIMI PRINCIPIS REGI  
**FRIDERICI AVGVSTI**  
**CORPORE SCISSVRIS**  
**FIGVRISQVE NON**  
**CRVENTANDO**  
DVCTV LEV. XIX. COM. XXVIII.  
PRAESIDE  
**IO. CHRISTOPH. VVICHMANNSHAVSEN**  
LINGVARVM ORIENTALIVM PROF. PVBL  
AD DIEM XI. KAL. MARTIAS  
A. G. R  
∞ 10 CCXIII  
PVBLICE DISSERET  
**M. CHRISTIANVS AVG. HAVSEN DRESD.**  
ALVMNVS REGIVS  
—  
VITEMBERGAE SAXONVM  
PRELO SCHROEDERIANO

50

RECTORIS MAGISTRIS ET TITULARI  
FREDERICI VAGASTI  
CORPORIS SCULPARI  
HIGRISQAE NON  
GRAVEMENTO  
DICTA LIVIA XIX. OMNIS XIX.  
CHRISTOPHI AVICIMUNDINSHAVEN  
MICHAELEM ORNAMENTUM TIBI  
DRESSEN  
CHRISTIANUS VITELLUS DRESSEN  
MICHAELEM ORNAMENTUM TIBI  
DRESSEN

ILLVSTRISSIMO EXCELLENTISSIMO QVE  
AC GENEROSISSIMO  
DOMINO  
DN.  
OTTONI HENRICO  
LIBERO BARONI  
A F R I E S E N  
DYNASTAE CLIENTELARVM  
RETHAE IESCHVVIZII, RVBENH  
ETC. ETC.  
POTENTISSIMI POLONIARVM  
REGIS ET SERENISSIMI SAXONIAE  
ELECTORIS  
CONSILIARIO SANCTIORI  
PRIMARIO  
ET  
CANCELLARIO  
GRAVISSIMO  
AC RELIQUA

PERILLVSTRI ATQVE EXCELLENTISSIMO  
DOMINO  
**DN.BERNHARDOZECHIO**  
POTENTISSIMO REGI POLONIA  
RVM ET SAXONVM PRINCIPI  
ELECTORI  
A CONSILIIS INTIMIS ET SECRETIS  
STATVS ARCANIS ETC.

PERILLVSTRI ATQVE EXCELLENTISSIMO  
DOMINO

**DN. IOHANNI AEGIDIO**  
AB ALEMANN

DYNASTAE IN SCHMIDEBERG ETC.  
POTENTISSIMI SARMATARVM REGIS  
ET SAXONIAE ELECTORIS  
IN SANCTIORI CONSILIO SENATORI AC  
SVPREMI RERVM METALLIGARVM  
VICES GERENTI ETC.

DOMINO MEO PER CLEMENTI  
DOMINIS MEIS GRATIOSISSIMIS  
HOC QVICQUID EST LABORIS  
ACADEMICI

D. D. D.

M<sup>o</sup> CHRISTIANVS AVGUSTVS HAVSEN DRESD.  
ALVMNVS REGIVS

**N**imium audent, ILLVSTRISSI-  
ME et PERILLVSTRES DO-  
MINI, philologicae musae  
meae, dum in conspectum VESTRVM  
prodire, in praesenti, non uerentur:  
quum, et multo VOBIS maiora, qui  
in arce REI PUBLICAE nostrae po-  
siti estis, debeantur: et hae ipsae te-  
nuiores sint, quam, quae tanto di-  
gnae patrocinio, possint haberi. I-  
taque, dubitanti, CLEMENTIA et  
GRATIA VESTRA, qua linguarum  
studium, rem in ciuili sacra-  
que doctrina tam necessariam, huc  
usque promouistis, adiecit animum,  
ut studii mei primitias dicarem Vo-  
BIS, et hos flores, quos breuis, in  
Mosaicam legem, exhibet com-  
mentatio, ad mite tempus matu-  
ritatis fouendos, commendarem.  
Idem quoque mentis, VOBIS deuo-  
tiae, obseruantia, atque pietas, sua-  
fit,

fit, qua sic teneor totus, ut quam  
diligentissime, in animo, GRATIAE  
VESTRAE non immemore, decla-  
rando, elaborem. VESTRO enim  
BENEFICIO effectum est, ut am-  
plissimo AVGVSTISSIMI RE-  
GIS stipendio au<sup>t</sup>us, in colendis  
literis bonis perquam clementer  
iuuarer. Gratijsa igitur fronte, IL-  
LVSTRISSIME et PERILLVSTRES  
DOMINI, ut excipiatis, quod hu-  
milis offert religio, hae musae ro-  
gant, quibus hoc unum satis est, et  
fortunae, et ornamenti, si VOBIS  
non omnino dispiceant. Spem o-  
mnem in GRATIA VESTRA, quam  
tam magnificam iam sunt exper-  
tae, habere uolunt: ut ad maiora,  
iuante D E O, suscipienda, tam  
illustribus stimulis incitentur. Vi-  
tembergae ix. Kal. Mart. c*ci*  
ccccci.



1580 1581 1582 1583

## I



Agna est praestantia , magna  
necessitas, legum, quibus o-  
mnis humana societas conti-  
netur. quarum, et dignita-  
te, a ui calamitatum improui-  
sa, leuamur, et auctoritate ,  
ab iis, quae fiunt in naturam  
nostram iniuria, praeclare de-  
fendimur. Quae etiam res permouisse uidetur *Mar-*  
*cum Tullium*, ut ad immortalem Deum earum refer-  
ret originem, et, qui hunc antecessit, *PINDARVM*  
*Thebanum*, ut, approbante in *Gorgia PLATONE*, le-  
gem, mortalium atque immortalium reginam ap-  
pellaret. Itaque constat, antiquissimis temporibus,  
sapientissimos homines dedisse operam, ut legibus  
non tantum ciuile uinculum, quod inter homines in-  
tercedit, firmarent, verum etiam diuinum cultum ,  
et quae in omnium mentibus impressa est , religio-  
nem stabilirent. Quorum hoc sane, praeconio tan-  
to maiori est dignum , quanto p[re]a terrenis et flu-

fluxis immortalia antecellunt. Quod quidem, et LYCVRGVS, et SOLON, et PLATO, ac omnes, qui rempublicam institutis ac legibus suis ornarunt, sat issequeuti uidentur. a uia tamen, atque modo, qui uerum Deum ignorabant, penitus aberrasse. Ergo omnium maximus existimandus est MOSES, qui solus, edocitus a Deo, rationem tenuit, ac modum, uerae religionis, et leges condidit, tabulisque mandauit, et monumentis literarum, quibus, eiecta profanorum superstitione, in suorum animis ueritatem tam claram, ac tam potentem inscriberet. Nam, quum multa sunt, et insignia testimonia, quae nos de florenti *Rep. Hebracorum* abunde docent. tum grauiissima documenta iisdem Dei literis continentur, quae, et ad diuinae sanctitatis agnitionem, pulcherrima sunt, et, ad decus uerae religioni tribuendum, necessaria, ut haec ipsa argumento esse possint, Deum immortalem, cultissimi populi disciplinam, non ad mores gentium formasse, uerum e coelis, deleta nefaria prauitate, ad salutem electae familiae attulisse. Atque id ille mihi satis declarasse uidetur sanctione istius legis, qua cauit in hanc sententiam : CORPV NE SCINDVNTO FLAGRIS AVT SIMILI GENERE PLAGARVM NE CRVENTANTO NEVE FIGVRIS IMPRESSIS DEFORMANTO: atque monuit se esse Iehouah, qui teat suppetias, Deum, sospitorem perpetuum, et a cultu, qui Diis exhibetur, alienum. Eam legem e fontibus suis, induxi in animum, exponere, atque ad origines causasque reuocatam, quantum potero, perspicue et breuiter illustrare. Hoc autem omne, de quo retulit ea lege

ad

(3)

ad populum Deus, a MOSE *Leuitici Capite XIX, 28.* his  
uerbis descriptum est: **רְאֵת נֶפֶשׁ לֹא תִתְנַגֵּן בְּבָשָׂרָם:**

**וְכָל־בָּשָׂר קַעֲקָעַ לֹא תִתְנַגֵּן בְּכָל־אָנָי יְהוָה:**  
cuius quidem omnes partes, atque omnia membra  
primum explicabo ex originibus linguae sanctae, ut  
legis sententia deinceps, a quo quis, exposita uerbo-  
rum ui, facile teneatur

## II

Igitur, uti ab ea uoce initium faciam, cuius in  
lege primo loco facta est mentio, שָׁרֶט quam et  
שְׁרֶטֶת dixit MOSES *Leu. XXI. 5.* et iisdem fere lite-  
ris scripsit uterque *Samaritanus*, non tantum cicatri-  
cem, aut uestigium uulneris, unguibus, uel acutissimo  
ferro, uel lapide inflicti, hoc est, ut habet ARABS,  
שְׁרֶטֶת, quod idem est ac حَدْوَشٌ, significare uide-  
tur, uerum aliquanto patere latius, atque id omne,  
quod cuticulae aut carni ab incumbente mole, angu-  
lisque eius acutioribus, imprimitur, comprehendere.  
SACHARIAS enim, שָׁרֶטו foede lacerabuntur  
cap. XII. 3. de iis dixit, qui, uti eleganter exponit  
R. DAV. KIMCHIVS  
הַגִּיעָם לְהַלְחָם עַל יְרוּשָׁלָם יְלִכוּ  
בָּה כְּמוֹ הָאָבָן הַגּוֹלָה שְׁחִיא לְעוֹמָסָה לְמַעַטָּס: דָּוָל וּלְמַשָּׁא  
כָּבֵר. וּבְעוֹר שְׁמַרְמָוִת אַוַּתָּה מִן הָאָרֶץ לְהַרְמָה עַל כַּתְפָּה  
יַעֲשֵׂה בָּה שְׁרוֹטֵי בְּיוֹתָם וּמְנִסִּים בָּה כְּחֵם אַנְשִׁים  
רְבִיבָּת וּבְהַסְּעִי אַוַּתָּה יִשְׁרָט בְּיוֹתָם  
*contra Hiero-*  
*solyma pugnare aggrediuntur, et ab iis caeduntur, tan-*  
*quam ab ingenti lapide, qui oneri est maximo iis, qui*  
*cum sibi imponunt, et quo, dum eum e terra tollere, at-*  
*que in humeros subleuare tentant, uulnerantur in suis*  
*manibus, et robur suum frangunt, atque multorum, qui*

auxiliū ferunt, manus, uti scindendo laedat, efficiunt: quo loco IONATHAN ad rem, quam ad uerba, attenu-  
 tor **אתבזא** **אֶתבְזָא** **immanibus** **praedis** **diripientur**.  
 quod plurimis per נָדֵן explicatur, e quo apparet, optime cum Maimonide aliisque Solomonem BEN ME-  
 LECH scripsisse שִׁירַת נָדֵן **אֶת הַזָּהָב**, quod fa-  
 cile cernitur Deut. XIV. 1. reddente Samaritano נָדֵן  
 לְעֵדוֹתָיו ne confringatis, 1. Reg. XVIII. 28. Tert. XLI.  
 5. ut pateat, IONATHANEM, magni nominis interpretem, qui שִׁירַת **חַכּוֹל** exposuit, non ornate minus, quam apte, dictis in locis, prophetarum uoce בְּמַתָּמָה usum esse, et ARABEM, doctissimum scriptorem, **רְאֵשׁ**, radice, id est, percussit, scidit, feriendo uulnerauit, literarum coelestium vim,  
 iis locis tam late patentem, plenissime assequutum. Ad quod accedit שְׁרֵךְ Iesai. XLIV. 13. a שְׁרֵךְ, ר posito בְּמַתָּמָה, uti loquuntur, hoc est, loco Teth, deriuatum, instrumentum fissorum, quo statuarii utuntur, rutrum, VITRVVIO auctore, dixerim, ad eundem significatum, aequae late se diffundentem, referri. quo modo e deriuatis de primitiis iudicium Grammatici ferunt. nam, flexilem gnomona ad explorandos varios angulos declivitatum, ut exponam cum Iac. GVSSE-TIO Commentar. Ling. Hebr. adduci non possim, quum officinas animo repeto, et mecum cogito, non tam sollicite, quum lapidem in figuram caedunt artifices, in angulos instrumentis inquire posse, imagine enim futuri operis, cera, aut gypso, effecta, qui in eam speciem, quam animo tenent, intuentur: atque eam sibi proponunt exemplar: praeclarum opus efficiant, necesse est. Deinde idem etiam aliae uoces

ces confirmant, quae sunt connatae, neque a שרט  
 multum differunt, a qua proxime deducuntur.  
 Quis enim רט Aramaicum ICNATHANIS, quo  
 Psalm. XVIII. 8. Iesai. XIV. 12. est usus, aliunde, quam  
 ab eodem שרט, facta literarum quadam metatheses,  
 descendisse existimet. a quo, barbaris seculis, corrup-  
 toque flore Hebraeae eloquentiae, ex ingenio ma-  
 gistrorum שרטות ac שרטות de linearum charactere  
 est positum. Porro גדר, quo utitur IOBVS, insigni  
 capite II. 8. et quod est a גדר deriuatum, eiusdem cum  
 שרט significatus, uti est jam ante dictum, de re qua-  
 uis rasa atque incisa, usurpatur. quem ad modum  
 גדר terram aestu hiantem, ac in sua quasi uulne-  
 ra, glebarum fissione, diuisam, notare docuit auctor  
 ורוכם אומרים libri ARVCH his uerbis p. 56. ed. Venet. ביהורה שוטלה במקומות  
 גדרה שוטלה במקומות החיט ואן שתלה במקומות  
 הגרור פ' הגרור מקום היבש De Iehudah docti di-  
 cunt, in loco coenosō est plantata, non autem in loco הגרור  
 id est, arido. a quo גדרה et גדרה seu secundum  
 Talmudicos גדרה, sicut a גדרה גדרה et appell-  
 lantur. quibus adiicio ברכות stricturas,  
 σπαθησ, et ferramenta fissoria, atque excissoria,  
 Graecis diaclouēs, ἐντοῖς, σπασάναι, uel σελεγγίδες, POLLU-  
 CE teste, VII. Libr. c. 23. Sect. VII. p. m. 368. signifi-  
 care. id ut intelligatur, quaedam ex ARVCH  
 R. Nathan Iebechielidis adferam, quae IOBVM aliqua  
 ex parte declarabunt. ea p. 56. ita se habent כפ' חותמת  
 הכתים גמ' ברא במחוק הרחיזו סכו גדרו הלבשו פ'  
 גדרו וה חילוך בכלי כי היא דתנו רבנן אין גדרין  
 בטורין' כשב' בגוף של אוים רשגב אומר אם הוא  
 רגליין מלוכלכות בטיט ובצואה גדר בריבו ואינן הושש  
 quae

quae ita latine effero: In capite, quo agitur de occupa-  
tione et possessione aedium, gemara ait; qui occupant,  
lauari se current, purgari et radi, atque uestimentis tegi.  
quo in loco גּוֹדָר rasio memorata eam notat, qua scabiei  
pruritus instrumento tangitur. Nam hoc est, quod me-  
moriae prodiderunt Rabbini nostri, non fas est, ut ferreis  
rutris radant, imprimis humanum corpus. Rabbenū  
Schelomo Ben Gamaliel dixit, si pedes cuiusdam inquinati  
fuerint luto, uel sordibus, leniter radat, tanquam co-  
molliens, ne autem caesuris uel sculpturis laceret.  
Neque a טְרַשׁ, cuius causa haec omnia afferuntur,  
multum remotum existimari uelim Graecorum χα-  
ράττεν, quod quasi Σαχάττεν dictum, a טְרַשׁ deduci, ra-  
tiones ostendunt iis paulo firmiores, quibus docti  
quidam causam suam de חֶרֶב agere instituerunt.  
id enim per ξένη, γλύψα, πόνη, Σύεν uel ξυξέν, ex-  
ponunt ueteres glossae, HESYCHIVS κοιλῶναι, τυπῶσαι  
explicauit, a quo etiam ueterum charaxare deriuat  
tum puto, quod habet PRVDENTIVS in Romani Mar-  
tyris supplicio p. m. 218.

*Charaxat ambas ungulis scribentibus*

*Genas, cruentis et secat faciem notis.*

inde Charaxarius, is, qui scribit, ISIDORO dicitur, et  
alia quaedam e grammaticis petenda. χαραγμα τέ-  
χνης, PAVLI in Areopago habita diuina oratio Act.  
XVII. 29. id omne appellat, in quo χαραγμή quidam  
atque idea inest metalli, aut lapidis, ad idoli figu-  
ram efformati atque politi. E quibus omnibus  
inuestigatam puto naturam τὸ טְרַשׁ, quam e sacro-  
rum scriptorum usu, uocum connatarum, atque de-  
riuatarum, exemplis erutam nunc breuiter obolu-  
los

(7)

Ios ponam, ut quid de hoc loco legis nostrae habendum sit, constet. Igitur טרנ uulnus et plagam quamuis, qua supremae corporis partes premuntur, ut e loco suo moueantur, hac autem in lege eam denotare uidetur, qua cuticulae, texturis perruptis, scissura efficitur, non adeo profunde in interiora penetrante acie instrumenti, uel unguium, quod ex adiecto בבשֶׁר facile educi potest. Quamobrem commodius inueniri non puto, uocabulo ἀλωξ, quo uis טרנ plene exponatur. Hoc uero, ut ut AESCHYLVS unguium laniatum tantum descripsit, alii tamen remotiora, et, quae ad טרנ proxime accedunt, expresserunt. AESCHYLVM quidem, quod diximus, horuissē, hi testes sunt elegantissimi uersus, *Choephor.* u. 16, p. 229. ed. Step.

Πρέπει παρηγῆς Φοίνιστα μυγμοῖς  
Ονυχος ἀλοι νεοτόμῳ  
patet gena rubicunda vulneribus  
unguis nouiter inciso uestigio  
ἀνδρου, τοιη̄ docente scholiaſte, ex illis THEOCRITI,  
Syracusani, idyll. VI. 14

πατὰ δὲ χεόα ναλὸν αμύξη  
nene pulchrum corpus laceret  
et Idyll. VII. 99.

Κατὰ μὲν χεόα πάντ' ὄνυχεσσι  
Δακνόμενος κνάσοιο  
per totum uero corpus unguibus  
morsus scalparis

exponendi. ARISTOPHANES autem eodem signifi-  
B catu

ficatu adhibuit, quo ἡράν, σύνωνύμον τῷ ὑπερέ, ut est dictum, usus est DAVID, p. LXV. II. est id, pro لَعْلَى بْنِ يَحْيَى, Arabe explicante; quod ex his clarum est, quibus in Auibus, ἐποπα, p. m. ed. Aem. Porti 551. differentem proponit

Οσσα τ' ἐν ἀλοι θαρὰ βῶλον  
Αμφιττίλιβίσεθ' ἀδε  
Δεπλόν ιδομένα φωνᾶ  
Quicunque in sulco frequenter glebas  
Circumcanitis hic  
Subtile lactantes noce.

Ubi Scholiastes ēn τῇ τοῦ τοῦ ἀγόριου. ἀντὶ τῷ περὶ τῷ βῶλῳ τῆς ἄνδρας, Quae cum uel cōpiis hisce paruis optimorum Auctorum comprobentur, miramur, qui sit factum, ut DIONYSIUS VOSSIUS, quum ceteris artibus, quae dignae libero homine sunt, ornatus omnibus, tum in his literis exercitatissimus, ὑπερ Annot. ad c. XII. §. 12. Idol. Maim. p. m. 120, per laniatum tantum exponendum existimarit. Nam praeceptum, ait, quod Leuit. XIX. 28. et XXI. 5. est, לֹא יִשְׁתַּחֲוֵת diuersum esse uolunt ab altero, quod est Dent. XIV. 1. נֶלֶךְ הַנְּגָרָה. Quod tamen, cum ab ipso e libris Rabbinorum, quorum defendendam sententiam suscepisse uidetur, demonstrandum fuisse, praeternissimum omnino, eum ad LXX. Interpretum, εἰνὶ τὸς σοὶ οἶκας αὐτῷ διατατεμένου ἐντομίδας, suae interpretationi accommodandum, excitauit. Ac id quidem effectum putat, si ἐντομίδας laniatum quoque significare e SVIDA possit ostendi. at enim, hoc ipsum argumento est, ἐντομίδας multo latius patere, quas scilicet

licet proprio sensu incisuram quamcunque notare sat-  
tis constat, laniatum autem innuere, a uiro doctissi-  
mo est probatum. Nam Auctorum quidem omnia  
uerba tantum significare in eo genere, in quo adhi-  
bentur, quantum possunt natura sua, certissimum  
est. uerum, uti ex iis, quibus cum necuntur, uis ea  
definiatur, necessarium. Quare neque idem recte  
uidetur concludi a uiro, summi ingenii atque acer-  
rimi, e quinque uulneribus, quorum in *Maccoth*. et  
*Perusch Iarchi*, facta est mentio. quod tractabimus  
eo loco, quo, de hoc ritu, a gentibus ad *Hébraeos*,  
hominum uitio, propagato, differentes, ostendemus,  
quique illa uulnera non semper ad laniatum digi-  
tis, uel unguibus, factum, referri oportere. Nunc  
autem breuiter ex ipso IARCHIO confirmandum  
est, hominem *Iudacum*, sed apprime doctum, שרט a  
גדרה adeo non distinxisse, ut potius studiose con-  
iunxisse has uoces uideatur. *Deut.* XIV. 1. *comment.*  
לא תתגררו לא תתנו גדרה וشرط  
בבשרכם על מות כרך שהאמורוי עושין לפיו שאחם  
בננו של מקומן ואחת נוראים וסקורויהם:  
Ne rasuram uel incisuram in carne  
uestra indatis mortui causa, ut faciunt Amorrhæi, pro-  
pterea, quod uos inqilini sitis in hoc loco (quem Deus  
patribus uestris dudum dono dedit) et uos deceat eam  
ob causam elegantes esse, neque rasos, neque incrisastor-  
jos. *Quae de* שרט *nobis dicta sufficient*

## III.

Alterum igitur, a quo שרט minime diuel-  
lendum est, לְנַפְשֵׁךְ, in lucem proferre conabimur, ut  
ratio pateat, qua motus IONATHAN, על שיר, et

mea quidem sententia, hoc in loco, rectissime dixerit. obseruandum enim est, initio quidem, שׁפְעָה HEBRAEIS frequenter totum hominem denotare, quod patet Leuit. VII. 18. XIX. 8. Ier. XX. 13. aliisque plurimis locis. qua etiam ratione, in Misnica AVODAH SARAH, hominum medicinam, רַבּוֹי מִתְנָן, a Romo נֶפְשׁוֹת seu pecoris sanatione, remouent, ac diligenter distinguunt. Deinde animum hominis perturbatum significat, DAVIDE Psal. XIX. 8. diuinam legem, מִשְׁבֵּת APPAL, appellante. quod quamuis uideam eleganter, ac doce, a uiro hebraice peritissimo, IO. COCCEIO, in Lexico redditum, restituens animam, sequuto scholiūm ABEN ESRAE מִשְׁבֵּת מִשְׁכָּת נֶפֶשׁ כִּשְׁמֶשׁ סִי מִשְׁבֵּת הַיּוֹת הַשְׁמָשׁ בְּרַחֲיוֹ הַגְּלָגָל הַעוֹלָה הַשׁוֹב נֶפֶשׁ מִתְעַטָּה רַבּוֹי מִתְחֻולָּה הַפְּרָקָה מִתְשִׁקְרָה בְּחַיוֹתָו כְּחַזִּי גְּלָגָל מִשְׁבֵּת נֶפֶשׁ מִשְׁבֵּת הַזָּרוֹד sensus uocum est in comparatione cum sole, meridie enim, multorum, morbis laborantium, animus recreatur, contra quam sit media nocte. quo etiam annius auctoris libri COSRI p. II. §. LVI. p. 121. ed. Buxt. inclinat: tamen malim, ob ea, quae sequuntur, quietem animi emendati, atque ab affectibus liberii, iis uerbis intelligi. Praeterea animum quoque, sed aliqua suaui, aut facultate, comprehensum, שׁפְעָה, uocat DAVID, desiderium, quo ad Deum peruenienti fertur, describens: צַדְקָה נֶפֶשׁ לְאֱלֹהִים Ps. XLII. 3. et hostium in se coniurata consilia querens: אַיִלְבָּר בְּנֶפֶשׁ אַיִלְבָּר ad non, non ad יְקִימָה, referendum, ordo טַבָּד docet, et IONATHANIS accurata non minus, quam elegans, oratio: בְּרַעֲוָת נֶפְשָׁה עַל Ps. XVII. 9. IECHESKIEL, gaudium uehementis, ob expletam cupiditatem, et cum opprobrio  
con-

(ii)

coniunctum,his innuit uerbis: **בְּכָל־שָׁטָר** וְשִׁמְתָּח  
c. XXV. 6. exponente ARABE, et confringendo in-  
sultasti in tercia Israe lis, ex animo tuo, **וְשִׁנְתָּח**  
عَسْكَ مَارِضْ إِسْرَائِيلْ: Idem plurali numero dixit eiusd.  
cap. II. 15. **וְהַنּוּ** **وְالْمُتَّهِبָּשָׁר** insultantes animis, transferen-  
te SYRO, **וְתָהֲזֵבְנָה**, et ARABE, c. XXXVI.

5. eiusd. auctoris, clarius efferente, **لَأَنْتَ لَيْلَةَ الْمُرْتَفَعِ**, laetitiis,  
quae omnia breuissimum IONATHANIS, **בְּאֶפְרַיִם נֶשֶׁת**,  
comprehendit. cum his uidetur comparari posse,  
quod habet DAVID Ps. XXVII. 12. **אֵל תָּתַנְנֵי בְּנֶשֶׁת**  
**צָרוֹן**: **אֵל** **ψυχָאς θλιβόντων με,** hebraicum idior-  
um **μον** retinente ARABE, **أَلْيَ اَنْسَسْ**, quem idem  
clarissimus interpres Ps. XLI. 3. **أَيْ دَيْ**, transfe-  
rendum existimauit. Neque ab his multum uide-  
tur abesse, quum pro iudicio ponitur, quo serimur  
ad aliquid exequendum, characterem innocentis et  
boni uiri, **وَصَرْ لَبَّ** Ps. XXIV. 4. his uer-  
bis describente DAVIDE: **אֲשֶׁר לَا נִשְׁא לְשׂוֹן**  
**גָּבְשָׁן** qui animum ad inania adiicere non solet: et pru-  
dentiam, quae ad uitam dirigendam necessaria est,  
quando notat, ut est apud SOLOMONEM, Pro. XXIII. 2. **בְּעֵל נֶשֶׁת אָזְהָר**, quae uerba, sensu a S. Scri-  
ptore alieno, SYRVS exposuit, ad morum elegantiarum  
attentus, et codice usus, ut uidetur, uel mendis ple-  
no, uel punctis certe destituto, ut pro **מְנֻחָה** legerit **מְנֻחָה**  
cum illo. ut ex eius sermonē clare animaduertimus:  
**אֲלֵיכָן** **אֲלֵיכָן** si adsit uir nobilis. IESAIAS,

etiam Prophetæ c. XIX. 10. **τῶν λέγων**, depresso do-  
lore, et malorum gruitate ita prostratos, ut spiritum

aegre ducant, פָּנָמִי נְפָתֵח appellauit : quem locum ;  
notari uelim, ita esse exponendum, ut, suppleta uoce  
וַיְהִי, ad שֶׁבֶר עַשְׂרֵה, haec uerba, ob ἀναλογίαν  
constructionis, accentuum serie indicatam, referantur.  
quod perite obseruarunt ὁ Εἰδόμενος, per ψυ-  
χάς πονέσθαι, Arabicaeque uersonis auctor, copiosis  
uerbis, مَوْسُوْنَ وَمَعْلُومَاتِهِ اتْرَابُونَ contristabuntur, et  
buc illuc, animis suis (doloribus) commouebuntur, Ebraica  
exponentes : IVNIO et TREMELLIO, Kimchium et Aben-  
Esram, parum repte, secutis, qui stagna uoluptuaria trans-  
tulerunt. Huc pertinet SALOMONIS Eccl. VI. 7. וְגַם חֲנֹפֶת  
ラָא תִּמְלִיכֵת, quo non tantum animum laborantem,  
et omni opera annitentem, uerum etiam uitam, quam  
alimentis ut sustentent omnes, appetitus impellit,  
complecti uoluit. at enim, solam hanc spectare ui-  
dentur literarum coelestium phrases, Genes. IX. 4.  
Leuit. XVII. II. 14. Deut. XII. 23. Ies. LVI. II. aliisque  
locis. Neque alienus ab hoc significatu est IOBVS,  
c. XLI. 13. quanquam id ponat, quo uita hominum  
multum juuatur. de Deo enim pronunciat, שׁׁדָּךְ דָּרְךְ  
ben אָרוֹם, uti magistri Hebraeorum exponunt, ardere  
prunarum instar נְפָשׁוֹ, quam R BEN GERSON, נְשִׁימָתָה,  
ABEN-ESRA, קָרְבָּחָה מְאֻפָּה, dixerunt, uterque ele-  
ganter, et ad naturam respirationis, quae praecipua  
uitae est actio, per quam accommode. quem uocis  
usum SOPHOLEM quoque uidemus in Graecia sua  
obseruasse Ajac. p. m. 20. ed H. Steph. hoc uersu

πρὸς γὰς ναῖνον ναὶ βαρύψυχος γόους  
et ad uitam ipsam transtulisse ALSCHYLVM, aequē  
ac

( 13 )

ac in sacris litteris fieri est ostensum, praesentes lo-  
quuntur uersus, Agamemn. p. m. 222. ed. H. Steph.

ώς μία πολλῶν  
αὐδεῶν ψυχὰς οὐλέσασα  
αἰξύσατον ἀλγος ἐπράξεν

Ut jam de intuentis originibus uocis נפש dubitandum non sit, quum et altius peti non posse uideantur, et ab hoc ultimo, reliqui significatus omnes facillime deriuentur. quod utrum assentiuitus sit auctor *Bresch. Rabba*, an potius confusus cum reliquis commiserit, judicent, qui haec legunt *Rabbi NATHANIS, Romani*, in ARVCH p. 147.

כבר בראשית ור' יוחנן אמר רוח נפש נשמתו נקראו לה נפש נשמה רוח יהורה נפש והוא הרם שנ' כי חרם הוא הנפש רוח שהיה עולחה יורדת שנ' מי יורע רוח בני האדם היא למעלה נשמה ור' האפוד רבי יוחנן אמרת דאית הרא טבע שכלה והאכזרין מרים וחיה היה בגוף יהורה שכלה החזרין שנ' שנם בגוף היה יהורה quale more nostro latinitate donamus: *Bresch. Rabba. Parash. XIV. et insufflavit in nares ejus etc. quinque nominibus anima appellatur: נפש etc. quorum primum sanguine continetur, cum dicitur (Deut. XII. 23.)* רוח At est quae ascendens et descendens mouetur, de qua (Eccl. III. 21.) dicitur *נשמה מי יורע* *quaerat* tanquam coquens, juxta proprietatem in creatione ipsi inditam, coctio naturalis appellatur, et in languidis quoque membris sensu se exercit, totumque corpus dum implet, *רוח יהורה* *sensum innuit singulorum membrorum, quum dicatur שנם, quod notat legis* Itaque his ita explicatis, facile ratio loquendi nostrae legis

legis habebitur, si quaedam monita fuerint familia  
ria sacris scriptoribus, quae ad nexum נפשׁ 28 cum  
aliis uocibus pertinere videbuntur. נפשׁ igitur, ut,  
reliqua omnia, notamus, in sacris ita saepe construi,  
ut cum adiectiuo, substantiuum includente, תאר עצם, hebreæ dixeris, coniungatur: genituo uel ablativo  
casu, aut accusatiuo, absolute, annotante, viro in his  
literis principe, IOH. BVXTORFFIO Tbesaur. L. II.  
c. III. reg. 4: uel, quod nos obseruamus, cum par-  
ticula על aut ב Leuit. XXI. II. Num. XIX. 15. quam  
tamen omitti patet Proverbiorum, c. XXXI. 6. פהו נפשׁ  
Ies. LVI. II. עז נפשׁ id adiectiuum omissum hac  
in lege a MOSE existimamus, rejecto tamez causati,  
quod loco על positum erat, ad נפשׁ, figura, gram-  
maticis doctioribus, non adeo ignora: scilicet על רך  
סח זה מה לכם מלכט, admodum, quo pro מ-  
לכט, dicitur, docente ABENEZRA,  
NEH. II. 13. ut uel ita sententiam compleamus, למכה  
נפשׁ, qua phrasè usus est MOSES Leuit. XXIV. 17. Deut.  
XIX. II. XXII. 26. XXVII. 25. IESAIAS LIII. 4. IERE-  
MIAS XL. 14. uel, לחרר נפשׁ, quod idem est, ac si au-  
tore MOSE, Leuit. XXI. II. Num. VI. 6. Num. XIX. II.  
quis dixerit, לחת נפשׁו, uel, quo sensu  
uoce ψυχῆς quoque usus esse uidetur LYCOPHRON,  
hoc uersu

Ψυχῆς θερμὸν αἷμα προσφέντας ξόθεω  
Defunctis calidum sanguinem aspergens in fovea  
uid. eius Alexandra u. 684. et pater poetarum, HOME-  
RVS, plurimis Iliados uersibus. Adeoque bene se  
res habet, superataque est difficultas, quam crucem  
in

in hac lege, eruditis figere, fatetur ingeniosissimus  
 IO. SPENCERVS : ἀντιφράσεως autem nomine ex-  
 plicandam existimauit, Vir, in literarum coelestium  
 interpretandis proprietatibus, summus p. 1202. Phi-  
 lolog. S. Spes enim est, fore, ut hac uia, paulo facilius, al-  
 lata ab ipso loca Scripturae, Leuit. XXI. 1, XXII. 4. Num.  
 VI. II. IX. 6. 7. 10. Hag. II. 13. exponantur: ab interpretibus  
*Græcis*, Num. XIX. 13. factum hoc esse deprehendimus,  
 τὸ τεθυγμότος ἀπὸ ψυχῆς, transferentibus, quod,  
 tamen et ad *Hebraeum* loquendi genus, aptius, et  
 ἐλληνικοτέρως paulo reddere potuissent, τὴν ψυχὴν.  
 Id interim libentes damus uiro summo, atque excellenti,  
*Hoseae* uerba, c. IX. 4. eum in modum exponi  
 non posse: quae quidem a quibusdam ita sunt ex-  
 plicata, ut συνενδοχῶς pro iis ponuntur intelligantur,  
 qui panem obtulerunt. conf. GATAKER. de *Stylo* N.  
 T. p. 105. 106. ed. IV. ord. Lond. 1648. ab aliis uero  
 rectius, meo judicio, ad panem relata, quod in *Pe-  
 rusch*, a uiro perdocto, R. DAV. KIMCHIO, factum est:  
 והרבנן שם סכיאים בעבור נפשם כולם לכפורה  
 נפשם לא יבאה כי אין תועלת להם בו ולא וכפר  
 להם בעבור כי הם מזורות ואף בהבאים הקרבע אינם  
 שבין מהטא — quae, quibus potius efferam uer-  
 bis, quam IO. MERCERI, hoc est, *Hebraeae doctrinae*  
 μάστηγέται: Oblatio, quam ipsi offerunt pro anima sua,  
 q. d. in expiationem animae suae, non ueniet in aedem  
 Domini, quia non est utilitas eis in illa, nec erit illis ex-  
 p ationi, propterea quod destinato peccant. et, cum etiam  
 offerunt oblationem, non respicunt a peccato suo. VIR-  
 GILII autem uersum, ad ἀντιφράσιν, confirman-  
 dam

(16)

dam, allatum, ista exponent HESIODI, Ascrati, Ap.  
Herc. u. 151.

τῶν οὐκ ψυχαὶ μὲν χθόνα δύνασ' αἴδος εἰσα  
Αυτῶν

*Quorum et animae quidem terram subeunt intra  
in infernum*

*Ipsorum*

Qua in re, non est animus, uersari diutius. unum  
ergo, ab hac significatione non longe remotum, no-  
tandum existimamus. hoc est, **וְנִזְמָן** TALMUDICIS  
monumentum, quod imponitur tumulo, denotare, cuius  
testis est BAAL ARVCH p. 147. בֶּגֶשׁ ב' בְּשַׁקְלֵי ב' כְּנִין בְּעֵין שְׁבֹונִין עַל הַכְּבָר  
ובונין לו נפש על קבריו פ' כנין בעין שבונין על הקבר  
ובונין נפש על הקבר ותניין און כל בית הקברות  
ובונין נפש על הקבר ותניין און בונין לום נפש  
על קברותה כתוביותם רבת זכרונות  
Atque monumentis designant omnia sepulchra, iisque statuam  
imponunt. at clari, et justi, homines statuam sibi ponunt  
curant in sepulchris suis, propterea, quod ipsorum memo-  
ria, rebus praecellare gestis, conservatur. quod, originem,  
genus loquendi, a similitudine duxisse uidetur: siqui-  
dem statuae, in monumentis collocatae, plerumque  
defunctorum imagines referebant, et eam ob rem  
נְפָשָׁת, tanquam מֵת, posito signo pro re signata,  
appellantur. Quae si conferantur inter se omnia,

לנפש



לְנַפְשׁוֹ, hoc in loco, patet, neque pro *sanguine*, quod persuasum est viro maximo, HVGONI GROTIO, neque stricte pro *anima*, uel quounque tandem significatu, qui a nostra expositione alienus est, accipi posse ab iis, qui *Hebraeae* linguae nonignari sunt. Quod neque unquam ab ipsis *Hebraeis* factum fuisse, deinceps contra IOAN. SPENCERVM demonstrabitur.

## IV

Ad עַמּוּד כתבת etiam accedendum est, quo figuram sic inditam, atque impressam, intelligi putamus, quae carne diffusa, ipsa ossa, et cartilagines, penetravit, ut euelli, atque deleri, non possit, quin eius uestigia relinquantur. כתנת enim, formae בָּרוּסָה, aut non admodum frequentis, quod, alio in SS. loco, non reperitur, כתב deriuatum uidetur, ut idem sit, atque כתובות כתבת, מכתב, uel כתובות כתבת, eo modo, quo ab eo differre notauit BAALARVCH. כתב שורה אותיות מכתב שירף האותיות להוות: p. 122. כתב הדרת לחראות בטליה: id est, *figuram notat litterarum iuncturam literarum in uocem*, ut uno vocabulo possint efferri. Graece dixerim γεάμαλα, cum LXX. plane ut SAMARITANVS, ΣΑΜΑΡΙΤΑΝΟΣ, ἀπὸ τῆς γεάθειν, uel ut IONATHAN, plurali posuit numero, ρωσίαν. γεάθειν autem, et quae ab eo deducuntur, hic locum habere, testantur illa EUSTATHII, εἰς Ζ. ΙΛΙΑΔ. u. 168. p. 633. lin. 42. ed. Rom. Ισέον δὲ ὅτι πατέρα τὸ γεάθειν οὐτω νούτο τὸ Χαρδόστειν παρειςχθαι εἴξ οὐρανοποιίας δονεῖ ἐπὶ σημασίας ὄμοιας. διὸ νούτο τὸ κείνω τὸ δέ μή

χαράσσου ἀντὶ τοῦ μὴ ἐπίγραθε ἔρμηνεύοντο  
 οἱ παλαιοί. et post pauca: Φασι δὲ οἱ παλαιοί, νοῦ  
 ἐν τῷ γράῳ, τὸ ἐδίω κού Θεόρω, εἶναι τὸ γένος  
 Φειν, οὓς ἐν τῷ γλῶ, τὸ γλαφειν, κού γλυ-  
 φειν. ea ergo כתבת, qua ratione indita credi de-  
 beat, declarat adiectum עקעך, hoc est, על בשר,  
 KIMCHIO interprete, unde IONATHAN, חוריון, Sar-  
 maritan, שפְּרַבְּרָבָר, posuerunt; radicis duplicatae uox,  
 quam radicem עקע, a עקע petendam docet R. NA-  
 THAN, in Meir Natib. et ABEN ESRA notauit his  
 uerbis: קעלת קעלע כבולה כתו רוקע הארץ וצאתה  
 אורה ורוקע vocabulum autem עקע duplicatum est, scut in illo Ies. XLII. 5. deri-  
 uarum a radice illius אורה ורוקע Num. XXV. 4. cuius  
 quidem עירע, originis, ex Arabia repetenda, ulti-  
 mum, a quo reliqua deducantur, prae se ferunt עירע  
 fidit, taceruit, scindendo disiunxit, et inde deriuatum  
 fissura عירע, a qua, ob acrimoniam, Arabes suc-  
 cum uocant, expressum e filiis, spinae Aegyptiae in-  
 star, in Ponto, et Cappadocia, crescentibus, cuius attactu  
 membra, ueluti aqua regia, finduntur, lingua gustu  
 pungitur, cuius etiam AVICENNA L. II. Can. mentio-  
 nem fecit, et quem Graeci ἀνονίου appellauint,  
 DIOSCORIDE teste, Lib. I. de mat. medica c. 134.  
 p. m. ed. Paris. 53. col. 2. Caecias autem, ἀπὸ τῷ  
 ναίειν dictus, extremi septentrionis uentus, graecis  
 νανίας huic quoque uoci originem debere uidetur.  
 Deinde eadem عرب, Arabibus, عرب et عرب est, pronunci-  
 ata, quarum quidem illa ARABES utuntur Chri-  
 stiani

stiani in Historia Passionis, quam possideo, a Th. ER-  
 PENIO editam ad exemplar Rom. p.34. وادْسَقْ سَمْرَدْ  
 حَلَانْ الْجَبَرِيْكَهْ جَلَانْبَرْ جَنْ خَوْقَ الْيَ اسْفَلْ  
 et scissum est uelum intermedium templi in duas partes, a summo, usque  
 deorsum, et terra mota est, et scissae sunt petrae, a quo  
 significatu descendit fortasse usus illi. Coni. et ex ea  
 deductum, شَعَاعَ disodium, quo ueluti in duas partes,  
 aut plures, diuersas eunt eiusdem collegii socii, uti  
 adhibet ALCORANVS, Sur. IV. c. 34. وَارْ خَفْتَمْ شَعَاعَيْ بَيْنَهُمْ  
 quod si timueritis scissuram  
 inter eos duos. et Sur. II. c. 177. وَإِنَّ النَّبِيِّنَ أَخْتَلَغُوا  
 فِي الْكِتَابِ لَبَيْنَهُمْ شَعَاعَ بَعْدَ  
 et quidem, qui discordes  
 fuerint in libro, ( Alcorano ) sane ( erunt ) in scissura ton-  
 ginqua. شَعَاعَ autem, duplicatis literis, ab hac radice  
 est dictum, haud aliter, ac a קָעַ, קָעַקְ, descendisse  
 notatum est. cuius loco etiam قَدْ dictum esse, uti  
 supra attulimus, ira ut in praesenti probemus, dabi-  
 mus operam. Igitur eius testem eundem excita-  
 mus Alcoranum, Sur. VIII. 12. cuius uerba alio loco,  
 hoc in tractatu, a nobis afferuntur. Ceterum, quem-  
 admodum omnem קָעַ significantum, ex his, quae  
 sunt proposita, petendum existimamus: ita multum  
 non deest, quin ex iisdem fontibus deriuatum asse-  
 ramus, quod Toar, celebris et clari nominis, KIM-  
 CHIO est, 1eebek XXIII. 23. שְׁמוֹת תָּאֵר לְשׂוֹרִיּוֹת  
 הנזכרים בשם בספר ירמיה נבז' אֲדֹן נְבוֹזָזֶב  
 שראצ' רכמצ' ושאר הנזכרים בשם פקר כמו פקר וכן  
 שוע שם לנרויכ' גדויל וכן קווע שם תאר לשיד גדויל  
 אף על פי שלא מצאנו לו חבר בסקריא ווונטן לא  
 תרגם בענין אחר אלא אמר פקראי ושוועאי וקוועאי

nomina ἐπιθετού, principum et herorum, quorum nomina  
 in libro Ieremiae recensentur, Nebusardan, Nebuschadan,  
 Sarazer, Rabmag, et reliquorum, de quibus nomine בָּבֶר  
 Ieremias C. L. u. 21. mentionem facit, scilicet בְּבֵבָר dicen-  
 do, tanquam בְּבֵבָר. hoc modo et Soab, nomen est ductis  
 summi, et עַזְבָּר primi aulici titulus. quanquam nec ipsi  
 his in scripturis, similia inueniamus, nec Jonathan aliter,  
 quam יְהוֹנָתָן et יְהוֹנָתָן, שׁוֹמְעָן, קָרְבָּן exponendum censeat. Cu-  
 ius rei haec afferri ratio poterit, historiam esse te-  
 stem, apud Babylonios, excellentes, et praecipuae no-  
 bilitatis, homines, notis in carne impressis, a reliquis  
 fuisse distinctos, dum uel insignia suae gentis, atque  
 familiae, uel eorum, a quorum consiliis essent, praे-  
 se ferrent. De quo deinde a nobis differetur. No-  
 stra uero in praelenti interest, qui originem harum  
 introspeximus uocum, uidere, quid earundem  
 cum proprietate conueniat. Quocirca σήμα  
 uim γραφής, plene comprehendere uidetur,  
 απὸ τῆς σίσην, a quo et ipsa res σήμα appellata est.  
 cuius σήματος descriptio debetur AETIO ABY-  
 DENO, medico illustri, et, qui paulo post ORIBA-  
 SIVM, Juliano et Valentiano Imperatoribus, floruisse  
 dicitur; is Libr. VIII. c. 12. τῆς τετραριβλου  
 haechabet: σήματα ναλδσων τὰ ἐπὶ τῆς προσώ-  
 που, οὐ δὲ τινὸς μέρες τὰ σώματος ἐπιγρα-  
 φόμενα; stigmata uocant; quae in facie, aut alia  
 parte corporis figurae efformantur, quo quidem lo-  
 co ἐπιγραφόμενα, seu כתבתה, latino scripturae uo-  
 cabulo acquari non posse, ex eo patet, quod et o-  
 mnia

minia de עַקְעָקָה allata, et ea imprimitis, quae ex  
EVSTATHIO de γέας docuimus, latissime pa-  
teant, et figuram, non tantum iterarum, uerum et  
iam insignium quorumcunque, contineant: scriptura  
uero, negotio literarum pene exiguo, terminetur.  
Quamobrem malim IO. CLERICVM, loco scrip-  
ture, figuram impressam, in latina uersione, posuisse,  
quod tamen ab ipso, sine aliorum exemplis, factum  
non puto, cum et Arabem uideamus مَوْلَى وَكَلْمَة, et  
scripturam iustitionis, transstulisse. Quibuscum omnibus  
si Syri haec iungamus, ﴿لِّهٗ وَنَعَّلَتِ السُّرُورُ﴾ scrip-  
tu ras punctorum, non est difficile, ad uaria genera  
'עַקְעָקָה כְּתָבָה peruenire. Nam et nos sumus adducti, e  
dictis concludentes, ea genera ita comparata esse de-  
bere, ut figura carnes separaret, atque diffindat; ut iis,  
quae de acutis lapidibus, ignitisque ferramentis, apud  
auctores perhibentur, multo facilius crederemus.  
Ad quos loquendi modos, ulterius illustrandos, perti-  
nent, quae de Pontificum, et Monachorum, auaritia,  
eiusque poenis, scribit MAHVMMEDES, in Sura, quae  
dicitur ﴿كَلْمَةٌ لِّلَّهِ﴾ seu Poenitentia, com. 36. ﴿كَلْمَةٌ لِّلَّهِ﴾  
وَظَاهِرٌ مِّنْهُ مَا كَانَ يَأْتِي فِي يَوْمٍ مِّنْ قَوْمٍ  
وَلَا يَعْلَمُونَ ﴿كَلْمَةٌ لِّلَّهِ﴾ Die, qua incendetur illud, (aurum et  
argentum) in igne Gehennae, et casterizabuntur eo  
frontes eorum, et latera eorum, et dorsa eorum, (et di-  
cetur illis) hoc est quod thesaurizastis animabus uestris;  
gustate ergo, quod thesaurizastis

V

Igitur rerum uitandarum, de quibus hac actum  
est

est lege, genera sunt duo. pars autem numerus mandatorum, quibus ab ipsis *Hebraei* prohibentur. et utraque signata uocibus, ποιησίαι, plenis magnificetiae, et ψυχλοῦ πάθους, de quibus apertius dicam, si uim uerborum, quae haec antecedunt, et legis universae τὸ θεῖον, fuero persequutus. Nam, ut ad rhetorum regulas, et humanae eloquentiae speciem, ea referam, quae omnem cogitationem excedunt, et conatum ingenii, maximi, atque acutissimi, longissime superant, adduci non possum, propterea, quod summa quaeque, et uel ipsius DIONYSII, reliquorum fere omnium politissimi, iudicio, immortalitate dignissima, tenuia sint atque leuiora, si cum *Mosaicis* comparentur. Alii ergo quaerendi sunt fontes, e quibus ista petantur. et quum iis, qui uocantur accentus, nihil in oratione magis sit necessarium; quorum quippe beneficio ad uerum scriptoris sensum peruenitur. Deus autem, qui intelligi a genere humano scripta tam salutaria uoluit, eandem ob causam, eorum habendus sit auctor: multo etiam lubentius eorum dictum sequar in praesenti, ut, quae de uerborum legis huius interpretatione aggressus sum, plene, cumulateque, perficiantur. Quo loco cum profanis hominibus, et, hac in re, imprudentissimis, non pugnabo, quos, si tam diligenter cum *Hebraeis*, *Graeca* atque *Latina* contulissent, quam facere se tantopere gloriantur, uel unus confutassem DEMETRIVS, quem *Phalereum* plerique uocant, libro περὶ ἐρμηνείας sic scribens: ὥς περ ἡ ποίησις διαγεῖται τοῖς μέτροις. οἷον ἡμιμέτροις ἡ ἔχαμέτροις ἡ τοῖς ἄλλοις. οὐ-

τω

των καὶ τὴν ἐρμηνείαν τὴν λογικὴν διδικτεῖ καὶ δι-  
 απίνει τὰ παλούμενα πῶλα, παρδίπερ οὐα-  
 πούντα τὸν λόγον, τὰ, τε παπαληγόμενα ἀ-  
 τὰ, καὶ ἐν πολλοῖς ὄροις ὁρίζοντα τὸν λόγον.  
 cui et MARCVM TVLLIVM, Arpinatem, qui e rure or-  
 namentum maximum ad potentiam Quiritium attu-  
 lit, et alios complures eruditissimos viros iungere  
 qui uolet, poterit. Nunc autem, quo expeditius sin-  
 gula paulo ante notata tradantur, ea, quae posita  
 a me sunt, breui nominabuntur. Primum itaque  
 genus eorum, quae prohibentur, שְׁרָט לִנְפֵשׁ, a pro-  
 ximiis uerbis, Rabbia, distinguitur, ut, omisīs tantisper  
 נַעֲקָעַ קַעֲקָבָת בַּחֲבָתָן בְּכֶשׁ, cum עַקְעַבָּת בַּחֲבָתָן בְּכֶשׁ, facilius connectatur.  
 inter haec duo quidem, maioris lucis causa, formu-  
 lae prohibendi collocantur, una cum termino בְּכֶשׁ,  
 quo 78 שְׁרָט significatio, hoc in loco, confinetur. quae  
 formulae prohibendi, cum singula resoluuntur, post  
 עַקְעַבָּת demum poni debent, quod, עַקְעַבָּת כַּחֲבָת  
 alterum est genus eorum, quae hac in lege dicta sunt  
 prohiberi, et id quidem uti eo, quod antecesit,  
 שְׁרָט, multo latius patet, ita cum formulis quoque,  
 atque terminis, latioribus, בְּכֶשׁ תְּהִנָּה בְּכֶשׁ, est coniun-  
 ctum. Aliud autem est a priori שְׁרָט, non, quod  
 contrarium sit ei, de quo antea cauebatur, uerum.  
 quod et sua ui, et proprietate sceleris, expressa, auer-  
 sos, qui audiunt, uel legunt, a nefario facto abducit,  
 et prae se gerit quandam crudelitatis significationem:  
 quo magis abhorreant ab eo homines, quo ipsum  
 naturae ius, quod non opinio genuit, sed quaedam  
 innata uis inferuit, quo bona ualetudo, laedatur, et  
 D totius

totius corporis incolumitas, quam animantes etiam, propulsando, quae sunt aduersa, curare solent, in periculum adducatur. Quae igitur in primo leuiora uideri poterant, et, non nisi ob mortuum, similemque superstitionem, auersanda: ea, in secundo hoc, uniuersa reiiciuntur, sive gentilium quorundam more, ut manibus satisfiat, sive luctus acerbitate monente, adhibeantur. Ex his conficitur, DEVM hac in lege, haec duo שֶׁרֶת לְנָפָה ו עַקְעָגָן omnino, nullisque limitibus moderata, prohibuisse, dupliciti forma prohibendi, לא תִּחְנֹן לֹא בְּשָׂרְכָּת בְּכָתָת. In his singulis duae res grandes insunt, *exaggeratio*, quae gradatione comprehensa est, et *compositio*, quae repetitione affectus incitat. quarum illa a specie ad genus ascendit, haec etiam uehementiam addit, ingeminatisque uocibus eadem, quae pauclo ante fuerant dicta, ita enunciat, ut ad omnes species istius generis pertinere appareat. Nunc ergo, non sine fructu, cum his uehemens, et diuina, oratio MOSIS, ad populum, Deut. IX. 5. et 6., et IEREMIAE fulmina, quibus iram Dei in Chaldaeos, exposuit, c. L. 35. 36. 37. 38, aliquae diuinorum hominum sermones, comparabuntur, quorum grauitatem, coniunctam cum ornatu insigni uerborum, si cum σφοδρεψην ηγετησθεται παραγει, uel cum γενναλη phrasii, et quicquid est summum DIONYSIO LONGINO, cuius uocem pereruditam, et græcis auribus dignam, lubentes admiramus, aut cum dapibus Homeri, uti AESCHYLUS dicitur appellasse, conferamus; uel denique cum μαντειας ανετε ω αρδεες αγρυπαιοι των θεων, oīa

οία ὑμῖν προλέγεσθι, Orat. Demosth. περὶ παρα-  
βολῆς. componamus: uidebimus ex arescere, ad flu-  
men MOSIS, riuiulos reliquorum, et hanc unicam e-  
ius legem, omnium esse uastis laboribus paeferen-  
dam. Hoc ipsa legis confirmatio probat, אֲנָי וְהַזֵּה,  
distincto a יְהֹוָה, τῷ אֲנָי, ut omnem γεντιαν, καὶ υ-  
πόσαουν τῆς τριάδος, tot, tantis operibus, magnifice  
declaratam, intelligamus. quemadmodum Gene-  
ses XVII. 4. אֲנָי, dicitur אהיה אֶתְהִלְלָה et expo-  
nitur apud IESAIAM. cap. LII. 6. כִּי אֲנָי הוּא הַמּוֹרֶב  
הַהְנָן, quod ARABES, uti felices sunt in uirtutibus Dei,  
eius nomine, exprimendis, כִּי דְמָנוֹדָרְתָּם demonstratum di-  
cunt, in carmine antiquo, quod P. KIRSTENIUS  
euulgauit, ac alio carmine قَوْمٌ مُّلْكٌ قَوْمٌ  
non potentia et non uirtus, nisi o-  
Deus altissimus explicant. et iterum uerbo legis no-  
straes, كَمْ مِنْ أَنْتَ مَنْ لَدُنْكَ سُلْطَانٌ, laudes tibi (qui es)  
Ego procul sum ab iniustis. quem modum loquendi,  
quamuis uideamus suppletum ab EZECHIELE c.  
XXIII. 49. כִּי אֲנָי וְהַזֵּה, et aliis in locis,  
expressum: id circa tamen opus nobis non erat  
officiosa liberalitate IOANNIS SPENCERI, qua conclu-  
dit, codices Hebraeos olim habuisse et uocem אלְהִיכָּם, quae  
lapsu temporis e textu originali exciderit, cum sensus hanc  
uocem exigat, uerbo Syriaca agnoscatur, et LXX. sic locum  
transferant: εἴ γώ εἰμι νέος οὐ Θεός ύμῶν u. L. II.  
de legibus Hebr. c. XIV. sect. V. p. 336. ed. Amst. ad pri-  
mum ut respondeam, opus non est, cui satis respon-  
sum, eo loco, quo paulo ante ea uerba, quod exigere  
D 2 sen-

sensum SPENCERVS putat, non suppleto, interpretatus sum. at quis credat, infinita scripturae loca, quod affirmat CL. uir, eadem ratione deprauata esse, atque corrupta, quibus נָא legimus ab solutum. Sed STRVS, inquit, et GRAECVS agnoscunt: belle arguit, fateor, eruditissimus uir; atqui ARABS אַل יְסֹר uel נָא perrisse censemendum est. nam a uersione ad fontes argumentari, quis non uidet, hominis esse, uel plane inepti, uel tam ambitiosi, ut paruipendat, si uel rationibus, quae concipi non possunt, debacchetur, et clamet. Quibus, ut propositum erat, explicatis, labore non magno, Mosaica omnia, ex iisdem, quos aperuimus, fontibus resoluentur. licebit enim, recepro more, quem haec tempora ascierunt, thema legis, sanctiōnē diuinam, de carne scissuris et stigmatibus non cruentanda, appellare, principio quidem, ut scissuræ et stigmata, secundum formam atque materiam suam, indicentur per שֶׁרֶת לִנְפָשָׁה, et per עֲרֵבָה כְּחַבָּתָה; deinde adiungatur ipsa ratio prohibendi, בְּבָשָׂרְכָּתָה, et ad animos commouendos repetita, בְּבָשָׂרְכָּתָה, quae in fine a Deo uocibus, אָנָּי יְהוָה, confirmatur. adeo, ut seriem eorum omnium ponamus וְשֶׁרֶת לִנְפָשָׁה וְכְחַבָּתָה קָעַקָּעַ | לֹא תְהַנֵּן בְּכָסָה || אָנָּי יְהוָה | בְּשָׂרְכָּתָה | לֹא תְהַנֵּן בְּכָסָה || אָנָּי יְהוָה | et incisuram ob mortuum, et figuram impressam, ne in carne uestra indatis: ne indatis, inquam, omnino in uobis. Ego iubeo, et statuo, hoc, notus nobis Iehovah. Verborum igitur sensu explicato, reliquum est, ut de origine, et causis rerum prohibitarum, differamus: quo ratio dari

dari possit, quae Mosen ad hanc ferendam legem  
impulerit

## VI

Vetus sententia est, iam usque ab ultimis ducta temporibus, eaque, et antiquorum, et nouorum hominum, firmata consensu: haberi origines omnis profani cultus in ARAMAEIS: atque ex iis repetenda esse memoriam Θεολογίας, quam Φυσικήν et ηθικήν, sequentibus seculis, appellarunt. id est explicatam, e rerum natura, Dei cognitionem, atque, ad mores formandos, allatam sublimem disciplinam. Huius antiquissimum genus astrorum adoratio, recte, meo iudicio, ponitur a MOSE MAIMONIDE, sapientissimo Hebraeorum. quicquid aduersus fidem historiarum, seu studio potius cum STANLEIO pugnandi, persuasum habeat IO. CLERICVS, clarissimus vir. Non enim tam promte primi mortales eorum praestantia, quorum naturam adeo perspectam non habebant, quam siderum aspectu quotidiano, ad cultum moti esse uidentur. *Affyrios* enim, a quibus plerique Auctorum initium faciunt, *traiectiones*, constat, motusque *stellarum*, diligenter obseruasse; quo factum, ut siderum incantationibus non leue, apud exteros, nomen consequerentur. Nam *Affyrium* THEOCRITVS sane produxit in *Pharmac.* u. 163. a quo uenena, ad astra commouenda, eorumque influxum dirigendum pararentur. *Babylone* deinde, quae, teste, in *Naturali Historia*, PLINIO, Lib. VI. c. 26. diu summam in toto orbe claritatem obtinuit, condito per *Mimrodum*, imperio, *Chaldaeos*, eandem artem colu-

coluisse, ex eo concludi potest, quod maxima opera, et,  
 quae sine illius scientiae subsidiis, aggredi nemo potest,  
 effecisse perhibentur: atque ad *Aegyptios*, aliasque gen-  
 tes, deinde hanc artem propagasse. Post quod tem-  
 pus, si coniecturis in tanta rerum obscuritate est lo-  
 cuss, non ad motum tantum stellarum, quem per-  
 fecte callebant, adieciisse animum: uerum etiam  
 ad uim, qua influunt in hunc globum terrarum, at-  
 tendisse uidentur. cui rei documento est *Secundus*  
*liber HESIODI Asraei*, plenus cultissimorum uer-  
 sum, quos antiquissimis temporibus Vrania musa  
 pronunciauit. Quum ergo inter reliqua effecta *Sa-*  
*turni*, et *Lunae*, et *Orionis*, quorum in luce οὐγεοποι-  
 ούτι, οὐ τέο' Φίμον, inesse uiderent, excrementa au-  
 geri, unguibus, pilisque uberrime emanantibus, anim-  
 aduerterent: *Deorum*, quos iis in sideribus colebant,  
 uoluntati optime satisfacturos se esse putarunt, si hu-  
 morum exundantium cursum naturae permitterent,  
 crinesque longissimos alerent. inde factum, ut inte-  
 grae nationes νομο'ωντες, quo nomine in Χαρ-  
 u. 48. *Priamidas* appellauit *Syracusianus* THEO-  
 CRITVS, sint inuentae. inter quas *Curetibus*,  
 quos απὸ τῆς ιαγαῖς, STRABONE auctore,  
 L. X. uideo deriuari, oppositos *Acarnanas*, atque  
 omnem *Galliam*, quam *Comatam* dixerunt, nume-  
 randam, non est dubium. Quod tamen deinceps neglectum ab aliis, et studio munditiae, nitoris-  
 que abrogatum, sequentium superstitione inuexit i-  
 terum, et, ut praesentem imaginis sanctitatem ad  
 τελεστοῖς *Deorum* adferrent, auxit etiam figuraeque  
 coele-

coelestium facularum, quam plerique, ab radios  
undique circumfusos, crinitam habebant, adaequa-  
uit. *Aegyptios enim, quos tonsura pilorum a reli-*  
*quis gentibus distinxit, HERODOTVS his uerbis,*  
*Euterpe. p. m. 52. ὀισεγέες τῶν θεῶν τῇ μὲν ἄλλῃ*  
*πομέστι, ἐν Αἰγύπτῳ δὲ ξυρεῦντοι, Sacerdotes qui-*  
*dem Deorum, aliis locis, comas alunt, in Aegypto autem*  
*raduntur: ornatus eura adductos ad id esse notauit PLV-*  
*TARCHVS, de Is. et Os. p. m. 330. ed. Op. Bas. Froben.*  
*ἡ δὲ ἀληθῆς αἵτια μία πάντων ἐπιμαθασσοῦ γὰρ,*  
*ἡ Θησινός πλάτων, ἢ θεριτον ἀπτεῖς μὴ μα-*  
*ταξῶν τελέστωμα τε τεοφῆς, καὶ σπύρειαλον*  
*σὸν εἴγοντες δὲ παθισόν εἰσι, ἐν δὲ τελετωμάτων*  
*ἔριαι, λάχναι, τρίχες, καὶ ὄνυχες ἀναφύονται*  
*καὶ λασάνουοι. Vera autem omnium causa est, quod,*  
*Platone etiam teste, aequum non sit, ut id, quod est pur-*  
*rum, impuro polluatur. at, quae a nutritione supersunt, ex-*  
*crementa, et feces, neque sanctae, neque sunt purae,*  
*sed ex iis, quae a nutritione supersunt, lana et lanugo,*  
*cum capillis, et unguibus, nascuntur et germinant. Mul-*  
*ti hunc morem populi sunt sequunt, quem tamen ex*  
*aliqua parte quidam mutarant, et cum contraria*  
*consuetudine coniunxerunt. Quem, uti, Meccanam*  
*profecti, MOSLEMI obseruarent, lege cauit ABVL.*  
*KASEM, Sura II. u. 197.*

بِسْمِ اللَّهِ الرَّحْمَنِ الرَّحِيمِ

sumus, et non radaris capita nostra, donec perueniat  
 munus, quod offertis, ad locum immolationis sis. Sed  
 qui fuerit inter nos aegrotus, aut, in quo fuerit malum  
 aliquid ex eius capite, uelut pediculi, aut cephalaeas,  
 ita, ut illi necesse sit radere caput ante hoc tempus,  
 redentio, rationis capitum erit, ex ieiunio, aut elemosyna,  
 aut aliqua oblatione. cuius rei rationem GELA-  
 LEDDIMVS affert, ~~ad~~ ad offendendum, se esse solutos uoto. Non potest accurate de-  
 terminari, ut quaeque ab initio instituta fuerint: cum  
 ad ea, quae huic proprie pertinent, uix idonea au-  
 torum testimonia sufficient. quocirca, si forte, de  
 causis ritus huius, in quo explicando uersamur, or-  
 tuque differentes, minus id, quod habemus animo,  
 consequimur: ut tota dilucide, et plane, demonstrata  
 narratio, sibi constet, et ex omni parte certissima  
 sit, haud sane erit mirum: contentique esse debe-  
 mus, si probabilia dicentur. Quaeramus igitur cau-  
 fam, quae impulerit homines denuo, ut, aut negle-  
 cta corporis cura, copiosa lanugine hispidi, et hirti:  
 aut, pilis nouacula ablatis, uel unguium acie euer-  
 sis, uel stibio maceratis, uel flamma adustis: aut  
 ex utroque composito cultu, sacra Diis suis facere  
 voluerint. Deorum uidelicet habitus immortalium  
 praestabat, quo ad singula genera uidentur allegi.  
 Nam BACCHVM qui colebant, summopere allabora-  
 runt, ut similes ipsi omni fere ex parte niderentur:  
 eiusque quantum mortalibus liceret, proprio incor-  
 pore, insignia ostentarent. quod HERODOTVS diser-  
 te testatus est de Arabibus, uti uidetur, Nabathaeis,  
 THALIA p. m. 84. ed. Camer. nou<sup>o</sup> τῶν ῥιζῶν τὴν  
 οὐρανον

πάρην πέρισσοις Φασὶ παθόπερ αὐτὸν τὸν διο-  
νυσον πενάρθαι πείρονα δὲ υποτροχήλα πε-  
ριένυροῦντες τὰς προτάφους: quod de aliis, in Bacchi  
gratiam institutis, patefiet, ubi de DIONYSO ipso,  
quisnam ille, et unde nomen fabulae sit datum, fu-  
erit explicatum. *Bacchum* ergo, nescio quod barba-  
rum nomen, genuino vocabulo, ἔνιον, EVRIPIDI  
*Bacch.* u. 157. non obscuris e Ἑρμῇ originibus: et *E-  
leum.* ab Ἀλέᾳ, quod ab Ἀλέᾳ deriuatum est, dictum  
*Solem*, quem XXVII. *Dionys.* NONNVS, σύγγρα-  
Βάκχου, alloquitur, arbitramur, iis temporibus,  
quibus relicto uero numine, et alio ascito, יְהוָה אֱלֹהִים, idolisque, nunc מֶלֶךְ, nunc בָּעֵל, nomine, in  
choro astrorum regibus, appellatis, in praecipitia est  
itum. Id uti credatur, praesens locus non permit-  
tit argumentis efficere pluribus, praeter hoc unum:  
*Bacchum* cum Osyri eundem esse, uti recte PLVTAR-  
CHVS, libro de *Isid.* et *Os.* p. m. 339. demonstrauit.  
Osyri autem, *Solem* esse, ista testantur: principio qui-  
dem haec PLVTARCHI, l. c. p. 332. ἔνιοι νοι τὸν  
μίαν μηνένευσαν πολὺν Φεγαλμον, ὡς τῷ μὲν  
οὐ, τῷ πολὺ, τῷ δὲ ἕτερῳ, τὸν οὐ Φεγαλμον Αἰγυπ-  
τια γλώττᾳ Φεγίσοντες: quid uolunt aliud, praet-  
erquam Osyri, quem οὐραταλτ, forte דָעַתָּה אֲנָא, di-  
ctum, HERODOTVS, *Thalia* c. 8. p. m. 84. est au-  
ctor, tanquam אוֹר עֹז, lumen splendidissimum, appel-  
latum esse. deinde, cui, quaeso, aptius illud *Aegyptium*  
γεγίμματο Φεγαλμον, νοι συνήπτεο, conuenit,  
E quam

quam isti astrorum Regi πολυορθαλμῷ, de quo  
STATIVS etiam, nostrae fauens sententiae, sic in fine primi Thebaidos cecinit

Seu te roseum Titana uocari,  
Gentis Achemeniae ritu, seu praefat Ossyrin  
Frugi ferum, seu Persi sub rupibus antri  
Indignata sequi torquentem cornua Mithram  
Bacchum ergo, quem cum Sole eundem esse demonstratum est, et quem, ἐν χαίτην, antiquum uocat ἐπιχρυσός, in tonsuris forte etiam imitati sunt Macae, de quibus idem HERODOTVS, cuius paulo ante Thalam, de Arabibus, adduximus testem, in MELPOMENE λο' θες μέγυται τὸ μὲν μέσον πῶν τειχῶν ανιέντες "αὐξεῖσθαι δὲ εὐθεῖς καὶ εὐθεῖς μεγύται τὸν Χροῖ." Crisulas tondendo efficiunt, nam in medio capillos sinentes crescere, utrinque in cute raduntur. Ut recte VALLAM emendauit, COCCEIVS, Notis in מכות, frustra contra nitente IO. SPENCERO, Lib. II. c. XII. Sect. I. p. m. 310. de leg. Hebraeor. Bacchus certe eundem Solem, quem χαίτηντα, in Pythiis, PINDARVS uocauit, passis crinibus, teste Hippo-la Fescennia apud Tit. LIVIVM Lib. XXXIX. c. 13. quos illius honori denouerat, secundum illud VIRGILII Aen. VII. u. 391. *sacrum tibi pascere crinem, et EVRIDIS, Bacch. u. 494.*

*ιερὸς ο πλόκαμος τῷ θεῷ δ' αὐτὸν τεῖχον  
aemulatas : et alia quaedam docent, quae in sacris eius  
sunt acta. Nam ut Soli, cuius radios cum cor-  
nibus comparari, docent Statii uersus elegantes,  
quos*

quos paulo ante attulimus, quam maxime similes  
viderentur, hederam, aut flores uarii generis, ut  
habet NICANDER, ἐν τῷ τῶν γλωσσῶν, apud scholasticum ARISTOPHANIS, Equit. p. m. 311. necentes, eoque genere coronarum capita circumdantes, praepter reliquam iactationem fanaticam corporis, κατά τα στοιχία caput concutere, EVRIPID. Bacch. u. 185, consueuerunt. ut Solem uidelicet, celerrimo lucis motu, oculorum aciem frangentem, referrent: a quo genere ornamenti LYCOPHRONI quoque, κερασόφοι, cornigerae, u. 1238. sunt dictae. Quin etiam, DIDO DORO SICULO iudice, eius palatia, tanta lumen uarietate distincta, quae μηνὸς τῷ Διοῖς, id est, femur Iouis esse, e quo fingitur exiisse, facile intelligitur, imitaturaे, sunt τὸν ἐνδυτὰν νεβρίδων, uti EVRIPIDES habet, Bacch. III. e ceruinis pellibus uestem, stigmatis bus quasi macularum, ad coelestium siderum specimen, connotatam, induerunt. Rabiem uero atque effusum, tum in se ippos, tum in alios, animum, quo impleuisse bacchantes hic Deus fertur, uino ego tribuerem: quo, cum in Phrygiis sacris uterentur liberijs, uere id uidentur experti, quod, ante PSAMMETICHI tempora, Aegyptios ueritos esse, EVDOXVS, ex Aegyptiorum sermonibus, certior ea de re factus, memoriae prodidit, PLVTARCHO recitante, libro citato: uinum, cuius palmites ex heroum, cum Diis pugnantium, sanguine succreuisse fama erat, euertere animum, et, emota mente, homines, ad quaeviis audenda, impellere. Cuius exemplum rei HOMÈRVS, Odiss. φ. u. 293. seqq. elegantissimum suppeditat, Soli autem, cuius radiis uuarum liquores subiguntur,

E 2

et cui

et cui libamina uini, diebus festis, oblata constat, id omne uidetur adscriptum, ut impunius, propriis lacratis corporibus, imponerent aliis, specie sanctitatis. tum eos, qui facinora noluerant perpetrare, aut ferre, tanquam a Deo missi, acrius punirent. quorum ultimum testantnr *Cadmeae Thebae*, et *Penthei*, membra, in *Cithaeron* monte lacerata. quod exposuit APOLLODORVS L. III. c. V. *Bibliothecae*, THEOCRITVS quondam sublimi carmine deplorauit, et EV RIPIDES, tragico cothurno, suis exhibuit ciuibus. at qui i: se ipso grassati sunt, uel, poenae loco, immisso a Deo furore, ob spreta sacra, incensi esse dicuntur; quod LYCVRGO euenisse, ferunt, Edonorum Regi, quem, eodem loco, APOLLODORVS, corporis extremas partes succidisse refert, et OVIDVS NASSO, una cum *Penthei* fato, III. Faſt. p. m. 81. his breuiter artigit

*Tu quoque Thebanae mala praeda tacebere matris*

*Inque tuum furiis acte Lycurge genu*

uel solenni religione, quam, ob causam antea datam, simularunt, inter festorum choreas permoti leguntur. Nam *Affrios*, LVCIANVS, de *Dea Syra*, prodidit, Σιγματοφορεῖτες appellari, quod publicis sacris uel uolam, uel ceruicem, stigmatibus signarent. quae stigmata, cultris, *Gallos*, genus uatum immane, et pestilens, incidisse, auctor est MARTILIS XI. 85.

*Alba minus sacuis lacerantur brachia cultris*

*Cum furit in Phrygios entheat turba modos*  
et de *sacris* *Scythicae Diana*e, quam ἐϋπλόκαμον,  
HOME-

HOMERI Σεληνην, in *Hymno in Lun.* u. 18. forte quis dixerit: LVCANVS, in *Pharsalia*, Lib. III. u. 403. in genere sic est loquutus.

barbara ritu

Sacra Deum, structae sacris feralibus arae  
 Omnis et humanis lustrata cruxibus arbos  
 quae stigmata, uariis deinde animalium figuris expre-  
 sa, imbutis fuso artibus, penes Britannos, obtinuisse,  
 SOLINVS, in *polyhistore* c. XXV. refert. quod stibio  
 quoque effectum docuit MOSES MAIMONIDES, vir  
 multo eruditissimus, in *עכום Tom. I Op. L. I. p. 44. ed.*  
*Atthiae praestantissime, iad chasekab, אחר הקורה בירז, באב שטחן, נחמן כהמש*  
*בשם או הטוב לח' אצבעוון בסם והנחמן כהמש*  
*מקומות בראשו וג' Siue autem manu se caluum reddi-  
 derit, siue stibio, ut si quinque digitos suos in auripigmen-  
 to intinxerit, eos quinque locis capitis imposuerit, at que  
 is ita se glabrum, quinque in locis, atque depilem, reddide-  
 rit etc. haec quanquam ad tonsuram proprie per-  
 tinere uideantur, tamen, quum stibio dicatur capil-  
 los deletos esse, non inepte ad שׁ etiam referentur.  
 nam acre est stibium, cui δύναμις σηπτικὴ καὶ συπτικὴ,  
 DIOSCORIDES, Lib. V. c. 121. tribuit; acre autem  
 fortius ad resolutionem, et incisionem, esse, notauit in Ca-  
 nonem, Lib. II. c. 60. his uerbis, Ibn. Sina, <sup>אַל-حَمْدُ لِلّٰهِ الرَّحْمٰنِ الرَّحِيْمِ</sup> et can. 70. hac ratione confirmauit:  
 et can. 70. hac ratione confirmauit: <sup>أَلْهَمَهُ الْجَنَاحُ بِالْمُكَبَّلِ</sup> quia illud sub-  
 tilis est substantiae, penetrans. Id autem instrumen-  
 tis incisum uulnus, uel stibio colorato in carne in-  
 fixum, aliis deinde coloribus imbutum fuisse, ab eo-  
 dem accepimus MAIMONIDE, nostrum כתבת  
 עקם, ex hoc genere stigmatum, explicante l.c. <sup>עֲקָם</sup>*

קעקע דאמור בחרות הוא שירט על בשרו ומלא  
 מקום השריטה בחול או ריו או שאר צבעוניים  
 הרשים וזה היה מנהג גוים שרשמי עצמן לחרות  
 נס כלהם שהוא עבר מכור לה ומורשם לעורחת  
*figura impressa, quae in Mosaica lege dicitur, ea est,*  
*quae postquam in carne est incisa, in loco incisionis fuso,*  
*uel atramento, vel reliquis coloribus, quibus utuntur in*  
*pingendo, impletur, ea fuit quarundam gentium consuetudo,*  
*ut signis se notarent, cultui astrorum devoti, quibus seruos se esse idolorum, quippe in quibus uenditionis*  
*signum inesse, publice profiterentur. Instrumentis*  
*quidem carnem incisam esse, notarunt, tum in uniuersum,*  
 PHILO, στόλην πεπυγμένον nominans: tum Ἑβραιι doctores, in מכות c. 3. §. 5. uocibus  
 מצער, hoc est, docente BARTENORA, ferri fabre-  
 facti instrumentis: טרקיום etiam, quod R. DAN.  
 de POMIS exposuit, et quae reliqua nomina a IO.  
 COCCEIO, in Notis, eodem loco explicantur, quae  
 genera fere omnia in eos confluxisse, qui MI-  
 THRAE, apud Persas, initiati sunt sacris, ab aliis est  
 ostensum, quorum quaedam HIERONYMVS, in  
 literis ad Laetam, commemorauit. *Isiaca autem sacra,*  
 a MINVTO quoque, in Octauio, reprehensa, quot  
 habent in proprium corpus exempla crudelitatis. ad  
 quae si addas matrem Deum, dignam tam bellis li-  
 beris, quam ab Iside non multum diuersam ἀλοχ' θεα-  
 νοῦ διεζόειτο, coeli stellati coningem, HOMERV, in  
 Hymno, appellauit; et cuius sacerdotes cultris se secuisse,  
 Martiale interprete, cognouimus: et BELONAM,  
 quo nomine virtus, a quibusdam, in Dearum senatum  
 est relata; complexum habes hominum nefandorum  
 qui

qui, impia superstitione adducti, propriae carni crudeles manus intulerunt. BERECYNTHIAM enim, qui coluerunt, non tantum pectora percussere atque lacertos, ut est apud ARNOBIVM Lib. V. p. m. 199. uerum suis ipsis uirilibus litantes, turpissima sacra celebrarunt. cuius rei exemplis, cum pleni scriptores sunt, tum C A T V L L V S etiam est refertus, *poetas*, inter Romanos, bonus et elegans. Testes sunt praesentes, qui sequuntur, uerius, *carmine de Berecynbia* et *Abt. 4.*

*Stimulatus ut furenti rabie : nagus animi  
Diuellit lactes acuto sibi pondere silicis*  
quae AVGVSTINVS quoque L. VII. 21. *Ciu. Dei*  
copiose tractauit; adeo, ut infinita *historicorum*, et  
*poetarum*, monumenta in promtu sint, e quibus plene  
omnia peti possunt. Sed leuamur, hoc loco, MENOCHII, LIPSII, VOSSII, OVZELII, SAV-  
BERTI, aeternis laboribus, quibus hanc historiae  
partem illustrantes, dubium omne sustulerunt. At  
uero de *Bellona* unius recitabo *lactei patris* uerba, de  
*Festis*, quae, sacrati, de femore proscisso, sanguinis  
mentionem faciens, c. 9. *Apol.* docte perstrinxit  
TERTVLLIANVS, sic scribentis Lib. I. diu. *Inst.*  
c. 21. p. m. 117. ed. Seru. Gallei : *in quibus ipsi Sacer-*  
*dotes non alieno, sed suo cruento sacrificant. Sectis nam-*  
*que humeris, et, utraque manu distractos gladios exeren-*  
*tes, currant, efferantur, insaniunt.* Quod ad Sabacos  
quoque uenisse uidetur, quos, e MVHAMMEDE ibn  
Isaac I. H. HOTTINGERVS docuit, non radi tantum,  
uerum etiam inustis stigmatibus notari. quae, cum  
ad hunc locum pertineant illustrandum, dabit ueni-  
am

(38)

am lector prudens, sic pag. 299. *Historiae Orientalis* re-  
petantur, *radunt*, seu potius, *discindunt* se  
*ipsos nouaculis*, aut igni, *notas inurunt*. id ab orientalium  
um sacris *Deruissi* quoque, sanctorum genus apud  
Moslemos, sumfisse uidentur, quorum uaria eius ge-  
neris stigmata, e *Ricardo SeptemCassensi*. *LVDOVICVS*  
*MARACCIVS* exhibet, *Parte II.* *Prodr.* *refut.* *Coran.*  
p. 77. plenius explicant *CHRISTOPH. HARANT*, in  
*Ulyssē*, ed. *Norimb.* 1678. p. 838. *ALEXANDER ROSSEN*,  
*Hist. uariar. orbis religiuncum* p. 288. *RICAVITVS*, *Anglus*,  
*Hist. hod. imp. Ottom. Venetiis* 1672. italice impressa  
*Lib. I. c. 13.* cuius quidem pene omnia, maiori ope-  
re *Ottomanicae portae*, nostrate lingua edito, conti-  
nentur. Haec si breuiter colligam, eiusmodi fere-  
erunt: *Deruissos*, genus e uoto religionis immane,  
et ferum, inustis stigmatibus, candenti ferro, aut  
lapide acuto, clavis quoque ferreis, et acibus, in car-  
nem adactis, singulare min, res diuinis, affectum praes-  
se ferre; colloquia deinde, et congressus, cum Deo  
iactare, et miraculorum uim sibi tribuere: iisque  
omnibus, uti credatur, barbaro laniatu suorum cor-  
porum, dolorem tegente malitia, curare. Ad quae-  
dum attendimus, non miramur, ritum וכתבה שׁת  
ypyp e Solis cultu, in uariarum gentium sacra trans-  
latum, ad nostra etiam tempora peruenisse. *Orien-*  
*tales enim Indos*, *ABRAHAM VS ROGERVS*, *P. II.*  
*Gent. Ind. c. XV* p. 394. in *Gangae*, quo nomine idolum  
colunt daemone plenum, honorem, refert, choreas  
agentes, perforatos musculos filo uarigeato uincire,  
et dolorem, corpora uarie motitando, acerbissimum  
corpo-

renouare. a quo genere non absunt multum, quae de incolis *Martabanae* prouinciae, *Baneanis*, eorumque disciplina inhumana, ad Rogeri historiam adiecit CHRISTOPHORVS ARNOLDS, p. 816. uel, quod de sanguineis notis, *Carribibus* et *Brasilianis*, ab eorum *Maboya*, quo nomine daemonem vocare dicuntur, inflictis, enarravit p. 967. e ROCHEFORTIE *Historia Antillarum*, Lib. II. c. 13. p. 344. ed. Francof. 1668. *Malabariae* autem, et *Calecuti*, incolas, in publico sacrificantes, ac precantes Deos, patro more, faciem cum brachiis cultris lacerare, ARNOLDVS e le BLANC, *Itinere*, Lib. I. c. 8. copiose tradidit l.c. p. 858. Porro sacrificuli, ac uates, *Narsingae*, ac *Bijugar*, hominum mentes ita dicuntur capere, ut, quando se *Dios* deuouerunt, promisso plenius posse satisfieri, non credant, quam hoc genere inaudita infaniae: rostra acutissima fabrefacti ferri, ad mali nauis cuiusdam pedem ponunt; ea funibus, in eiusdem malii summitate, trochleis applicatis, ita iunguntur, ut possit, quicquid fuerit ponderis affixum, facile in altum trahi, et huius machinae ope eleuari. hominem ergo, humeris ad rostra haec alligatum, tamdiu tollendo et remittendo, mouent per mali proceri spatium, dum sanguine effuso, e mali cacuminibus manante, ipsa nauis rubeat. quo facto, iisdem funibus, medio corpori circumdati, infixisque, ut antea, rostris, *Dios*, quibus sacra tam cruenta dicantur, pro accepto munere gratias agunt. conf. ALEX. ROSSEN l.c. p. 152. ERASM. FRANC. *Theatro Politiae et Morum*, Lib. III. Sect. 3. p. 1163. et, ex quo ERASMVS sua habet, WILLIAM METHOLDI, *Angli Topographia Goliad*,

condac, Pegu etc. ABRAH ROGERVS l. c. p. 393.  
 NERRETER, *Fan. Ind. et Gent.* p. 400. Eadem fere  
 de *Indis* IO. HORNBEEKIVS, uir summus, L. II.  
 de *Conversione Indorum* c. 7. et de *Armericans*, PE-  
 TRVS MARTYR, libro, de *Insulis nuper inuentis*,  
 p. m. 337. retulerunt. E datis, origines uulnerum,  
 et scissurarum, nec non stigmatum uariae figurae,  
 perfacile deducuntur. quae sane a quibusdam gen-  
 tium, publici cultus tempore, adhibita, aliis, perpe-  
 tuae, sacrum, consuetudinis, qua a teneris imbueren-  
 tur, dederunt. nam *Ismaelitas*, R. LEVI BARZE-  
 LONITA refert, carni suae inscribere scriptionem  
 insculptam, et infixam, quae numquam amplius dele-  
 ri possit: *Hebraca*, eo loco, quo nostrae legis uerba,  
 exposuit, *Iuris Hebr.* ab HOTTINGERO, ad eius  
 ductum, explicati, lege CCLVII. p. 392. ita se ha-  
 bent: העןנו הוא כמו שעשין היה וישראלים שכחבים  
בבשרם כתוב מחוקה ותקוע שאין נכח לעולם.  
 quo pertinent signa *Belli Paaro*, ut uocant, *Guineen-  
 sum*, enarrata a DAV. NERRET. *Fan. Gent.* p. 540.  
 et eorum omnium, qui impressis *Deorum* insignibus,  
 aut nominibus inustis, prae se tulisse dicuntur, qui-  
 bus se deuouerant. Ex his deinceps scissurarum, et  
 stigmatum, usum, tum in luctu, tum aliam ob cau-  
 san, uulgatum inter gentes, perspicue deriuabimus,  
 ubi reliquae causae, quibus originem suam debere  
 uidentur, fuerint explicatae.

## VII

Bene habet: iacta sunt fundamenta. et e *Solis*  
 cultu, quantum coniectura assequi licuit, inhuma-  
 ni

ni ritus exposita est origo. eadem nunce *Medicina*, et  
*Astrologia*, antiquorum temporum, breuiter deriuabitur. Inuenta enim accuratori sanandi methodo,  
auctore, uel PROMETHEO, uti probabile est, dili-  
genti, in *Caucaso*, siderum scrutatore, uel alio quocon-  
que, qui VOLKANVM, ut est in fabulis, e coelo de-  
lapsum, exceptit, naturamque, ope Χημίας, à Σον  
Aegyptiis appellatae, in opus ursit; multum uidetur  
ad morem, quem iam priora tempora inueteratum  
uiderant, accessisse. Nam, qui medicinam faciebant,  
cum euentis uariis, in uulnerum curatione, animad-  
uersam astrorum uim animo tenerent, non tantum  
plurimum interesse, quo quis sidere sanaretur, ue-  
rum etiam, quibus effulgentibus stellis, collecta ad  
medendum, pararetur materies, iudicarunt. quorum  
utrumque testantur *Philosophi*, et *Medici antiqui*; al-  
terum quidem, quem habemus ad manus, DIOSCO-  
RIDES, *Anazarbensis*, Praef. libror. de *Mat. Medica*:  
πέρι πάντων ἐν Φροντίσειν τῆς αἰτοθέσεως κοι-  
σταλλογῆς ἐνάσου, ματὰ τὲς οἰκίες παιρὸς πόσ-  
ήνει. Παρὰ γαρ δὴ ταῦτας η ἐνεργεῖ η ἐξιηλα  
γίνεται τὰ Φαερανα, uerum imprimis curam impen-  
dere oportet, ut suis temporibus singula, et demetantur,  
et recondantur. certe, pro horum ratione, aut pollent ui-  
ribus, aut euando, nulloque munere, funguntur. Igitur  
ab ipia arte aberrantes, paulatim innata supersticio-  
ne, ad incantationes stellarum, uanasque figuræ, et  
symbola, peruenierunt. quo factum est, ut *Solem*,  
quem, *Bucchi* charactere, laceratis corporibus cultum,  
supradictum, APPOLLINIS nomine, από τῆς απ-

ανάτελην ρόσες, ab officio abigendi morbos, medicae rei praeferint, a quo de medicis quoque eccliniſſe uidetur HOMERVS, Δ. Odyſſ. u. 232.

ἢ χρυπ παιήνος ἐις γενέθλης

Huic ergo uota facta pro sanitate, iisdem caeremoniis, quibus Solem uidimus cultum, ut credamus, suadent σφραγίδες Aegyptiorum, apud PLVTARCHVM, et Arabum ~~ταύτα~~ Talismata, ad complures deriuata, in quibus explicandis operam ponit I.H HOTTINGERVS, Hisp. OR. Lib. I. c. VIII. p. 284. seqq. et ὁ πάνω, ED. POCOCKIVS, eruditissimis notis ad Specimen Historiae Arabum p. 140. ea enima rudioribus seculis, impressa in pectoribus figura, habuisse locum, testantur Θεοφοροί σεις, quas Κορυβαντισμοὺς, καὶ διάχρονες, DIONYSIVS HALICARNASSEVS appellauit, quo originem fanatici ritus plenius edoceret. quod idem Lib. II. Antiq. Rom. his uerbis annotauit: ηγή περιάγευσιν ἀνά την πόλιν  
ετοι μητραγυρτοῦντες, ὡς περ αὐτοῖς ἔθος, πύ-  
ποις τε περικείρεντοι τοῖς στήθεσι et, in urbe circumueunt,  
illi quidem matri Deum sacra facientes, ut illis mos est, ux-  
riis typis, et figuris, circa pectora insigniti. His itaque ty-  
pis, pro incolumitate publica, priuataque, uota fecer-  
runt; qui deinde metallis, lapideque, efformati, ad pla-  
netarum influxum, pro genere malorum omni abi-  
gendo, adhibiti, elaboratique, idem noimen retinue-  
runt apud Romanos: nam Matris typum LAMPRIDIUS ha-  
bet, in Heliog. et M. TVLLIUS ad Att. ep. I. L. VI. quorun-  
dam meminit: Praeterea typos tibi mando, quos in lecto-  
rio atriali possim includere. ARABES, orientales et occi-  
dentales, eosdem typos, quos cuti primo impreſſerant,

Sabīs



Babii praeceuntibus e ligno, uel auro, argentoque, et finxisse, testatur MOSES MAIMONIDES, *Moreh Nebuch.* L. III. c. 29. cuius *Arabica* uerba, citato loco, celeberimus uir, et *Arabicarum Musarum* delicium, ED. POCOCKIVS recitauit. Neque ex aliis fontibus uidentur deriuandae imagines, et reliquae figurae, textusque uarii literarum, quos in ueterum poculis exhibet PLUTARCHVS, eleganti libro, de *Iside et Osyride*, quo praecipuae *Aegypti* antiquitates continentur. EVSTATHIVS definiuit a *Odyss.* p. 1960. ed. Rom. u. 14. γραμματικὸν ἐπιτηδεῖον ἦγουν ὡς Αλεξανδρίαν εἶποι τὸ ἔχον πύλων τὰ γράμματα. quorum quanquam uitum non adiecit doctissimus Scholia festes, nos tamen, ex aliis Poetarum uersibus, clare colligimus. HOMERVS enim, *Iliad.* l. u. 630. *Veneris insigne*, ad cumulum felicitatis innuendum, et morborum auerruncum, in poculo collocauit, elegantissimis uersibus

πόλει δέ δέπας, ωδειαλλές, οἱ ὄμοθεν ἦγε  
γεραιός

Χρυσείοις ἥλοισι πεπικρένον. Σαταὶ δὲ αὐτῷ  
τεσσερ' ἔστιν, δοιαὶ δὲ πελειάδες αἰροῦσι  
πασον

Χρύσειοι νερμέθοντο δύω δύο υποπυθμένες ἥσταν  
De quo genere etiam *Hebraei* sic statuerunt c. III.  
אֲוֹדָה סָרָאֵ, סְרָאֵת כָּלִיל וְעַלְיוֹת חַמָּה אֶזְרָחָת  
צָוָרָת לְבָנָת צָוָרָת וּרְקָן וּלְיִכְתָּבָת לִם  
סִקְוָת, *Siquis omnis generis innuenerit nasa, in quibus*  
*figura Solis, lunae, uel Draconis, impressa fuerit, is in mae-*  
*re salsum ea proiciat.* Quod de figuris, ad siderum  
F 3 uarium

uarium positum, pro sanitate, in uestibus etiam indi-  
 tis, ostendi pluribus posset, si ad hunc locum proprie-  
 pertineret. nam HERODOTVS de *Caucasi* incolis,  
 qui, prae alijs, stellarum motum, naturamque, diligen-  
 ter persequuti sunt, haec habet, *Clio*, p. m. 42. ἐν τοῖ-  
 οι καὶ δένδρα ΦΥΛΛΑ τομέσθε ιδέης παρεχό-  
 μενα ἔιναι λέγεται τὰ τείχοντας τε καὶ αὐχμίο-  
 γοντας ὑδωρες σῶα εὑωτοῖσι ἐς τλίῳ ἐγένεται ἐγγεά-  
 θειν τῷ δὲ σῶα σὺν ἐπαλυνεῖσθαι αἱλλαὶ συγνα-  
 ταγμέσιν τῷ ἄλλῳ εἰρίω πατόπῃ ἐνυθαίτεν-  
 ται αἰχήν. Quem succum, Maimonides scribit, ex  
 arboribus, stellis consecratis, exprimi, loco paulo ante  
 citato. Sed ex, *Astrologia* quoque, initia barbari  
 ritus petenda, diximus. haec ita se habent: multum  
 ualuit antiquis temporibus externus habitus oris, to-  
 tiusque corporis conformatio, et figura, qua for-  
 tunam hominis, atque ingenium, naturamque, omnem  
 significari putabant. O, hic erat ille, Amici! de *Aca-*  
*demia cupidinis, cygnus: PLATONEM* puerum, ubi aspe-  
 xit SOCRATES, ingeniumque intimum de exteriori conspi-  
 catus est facie, alloquitus dicitur. APVLEI, libro,  
 de *dogmate Platonis*, init. p. m. 16. ed. Bon. Vulcanii. At-  
 que etiam ab HOMERO, e corporis aspectu, uitia Thersi-  
 tis collecta sunt, cui humeri angusti, et in pectuscontra-  
 eti, caput autem acuminatum fuerit: Iliad β. u. 215. seqq.,  
 Cuiusmodi cum fortuito saepe, in hominum carne,  
 cernerentur: euentu deinde notare aliquid nisi sunt.  
 Nam adductus ad *Socratem* PLATO quid attulit  
 admirationis, quod notas honesti facies haberet: quod-  
 que,

que, Musarum quasi figuris, in uultu expressis, natura factus ad philosophandum uideretur. Sed quia breui tempore regnare inter Philosophos coepit, quod casu acciderat, uim habuit rei diuinae. Hoc ipsum, cum adulitus esset, adduxisse uidetur, ut scholae suae inscriberet: μη τις αγεωμέτρητος εστίν, hoc est, ut exponit, communis Germaniae nostrae praecceptor, PHILIPPVS MELANCHTHON, p. 276, Gram. Graecae: ne quis habitudine, ac lineamentis, corporis, male cohaerentibus, ingreditor. Sequutum enim in hac re Pythagorae institutum crediderim. Quod optime ab homine, post literas restauratas facile eruditissimo, explicatum agnoscent ii, qui norunt, ueteres sapientes non ad elementa tantum rerum geometricarum, uerum imprimis etiam ad indolem, cuius uultum indicem existimabant, respexisse. Huc uidentur facere ista CICERONIS, Or. pro L. Flacco T. II, Or. ed. Sturm, p. m. 157. in Meandrii persona esse expressam faciem ciuitatis, et alia quaedam, e quibus nos id potissimum conjectati sumus, quod ostenderet, persuasum fuisse illius aetatis hominibus, cuiusvis in lineamentis inesse signa quaedam, ac notas, morum atque naturae, quibus, in omni uita, fatorum series responderet. quod speciatim τὸ Οὐσιογνωμονίν docitis appellatum, ad Astrologiam a nobis reuocatum est; quia astrorum numeri, motusque, causae habiti sunt, quibus, simul ac satus esset homo, omnia orirentur. Neque igitur ab ingenio humano, plurimum sibi fauente, neque a ueri sensu, alienum est, diuinare, claros homines, quos figuris literarum, aut alias generis linearum, notatos historiae tradunt, praeter alias causas,

causas, hac etiam fuisse adductos, ut signa, quae natura impresserat, si fausta, ab omnibus clare legerentur: si parum laeta, et apta ad parandam gloriam, emendarentur. Id nunc a nobis probabitur, quum, missis originibus profani ritus, quarum narrationi, tribus fere comprehensae capitibus, satis datum est literarum, e causis allegatis, uariarum partium religio explicanda est, gentiumque instituta, quae hoc pertinent, persequenda, ut tandem ad legem, cuius illustranda causa, paulo longius sumus digressi, redeamus. Primum igitur, ornamenti loco, adhibuisse THRACES, quo nomine Myssos, et Getas, comprehendunt HERODOTI musae, gentem post Indos, ut habet EVSTATHIVS, maximam, et, uictoris in cœte notis, nobilissimos quoque notasse, Terpsichore narrat, c. 6. p. m. 151. ηοù τὸ μὲν ἐστίχου εὐγενὲς, τὸ δὲ ἀσιτον ἀγενὲς: quod mirum non est, quum Dionysum, e cuius sacris, uenisse ad gentes nefarium ritum, ostensum est, coluisse eodem loco perhibeantur. quanquam et ultimæ rationes, quas ex Astrologia depromsimus, ob uocem εὐγενὲς, et hic quadantenus stringant, quod οὐχι μονον quoque loco, a Thracicis mulierculis, habitum, EVSTATHIVS de iis annotauit, quae a uiris, contumeliae causa, stigmatibus, aliqua in parte corporis, inscriptae, se totas connotarunt, quo, ornatus specie, contumelia tegetur, nam Odys. Ω p. 1960. ed. Rom. sic loquitur: ηοù η γραφη τετέσιν η σίξις, ην περόναι, Φασι, πομπήλεσιν εν σώμασι ην δη γραφην παθεσαι

αι θεατική γυναικες, εφ' ὑβρει εξηλείψαντο  
Φασι, τὴν συμφοράν ταύτην προσαναγραψά-  
μεναι, ἥγουν σιχασαι κοι τὰ λοιπὰ τέ χεωτός,  
ἴνα ὡ τῆς ὑβρεως χαρακτήρεις ποιηλιαν αἰθ-  
μηθεῖς πόσμου προσηγορία τουνομα εξαλείψῃ.  
unde, ad *Hebraeas* quoque femellas, an hic peruenie-  
rit mos, non constat, quo, referente, in תְּמִימָה,  
MAIMONIDE, pilos, lacerata fibro cute enellebant,  
et de quo sic statuit R. IEHVDAH, in תְּמִימָה  
תְּמִימָה תְּסַרְמָה מִפְנֵי שְׁנוּמָל לְתַתְּ  
non euellat, ideo,  
quod id cuius feminæ sit molestum ac graue, a THRA-  
CIBVS, certa ratione, quam notauimus, ad hunc  
cultum adductis, uidetur accepisse et *Parthus*, et *Ge-  
lonus*, CLAVDIANI, in *Eutrop.* I, et *Ruffin.* I. carmi-  
nibus decantati :

*Partica ferro.*

*Luxurie s uertuit nasci lamuginis umbram.*

et

Membraque qui ferro gaudet pinxitse Gelonus  
omnesque gentes *Indiarum*, quae comam euellere  
dicuntur, praeterquam circa uerticem, ubi cirrum  
relinquunt, quo a Muhammede trahantur in coelum.  
Nam ritum, uellendi comas, ab incisuris neque antea  
sciungendum putaui, neque deinceps faciam; pro-  
prerea, quod comae semper fere euulsae, incisuris fa-  
ctis, et stigmata etiam, in locis rasis, uel concisis, irri-  
fixa legantur, neque facile unquam haec a se duo  
penitus distinguantur: quod patet ex allato exem-  
plio: quos enim *Indos* comas uellere, eosdem, orna-  
tu uariorum vulnorum, lacerari perhibent monu-  
menta

menta historiae; feminas enim non palcas, quae  
Muhammedanae sunt, unam narium perforatam ha-  
bere, in qua annulus pendeat, IO. de LAET Ind.  
p. m. 105. memoriae prodidit. Certe clarorum ui-  
rorum incisurae, et stigmata, e tribus omnibus, orta  
uidentur, quae paulo ante de ἀγρονομιῇ θεολο-  
γίᾳ, medicina, et astrologia Φυσιογνωμονιῇ ex-  
plicauimus. Nam, qui sui non metum tantum, ue-  
rum et aliquam, quae ad religionem proxime acce-  
deret, uenerationem iniicere uolentes, congressus  
cum Diis simularunt: quales ATTEVM apud Phry-  
ges, HERODOTVM in Bitynia, apud Arcades ex-  
titisse ENDYMIONA, Plutarchus in Numa p. m. 20.  
est auctor: credibile est Deorum, quorum iactabant  
consuetudinem, insignia gestasse, imaginesque uari-  
as, atque figuræ, in membris impressissæ: unde ego  
non tantum Babyloniorum γῆ, uerum etiam ipsius  
Promethei, cuius nomen, ipso iudice CICERONE,  
Tusc. V. p. m. 229. coelestium diuina cognitio, ad er-  
rorem fabulae traduxit, stigmata deriuarim, quae  
ipsi, et a Ioue, hoc est coelo, et ab alite Iouis, quo coe-  
lestis forte figura nomine continetur, impressa in  
Caucaso finguntur. At, qui a malis irruentibus tu-  
tos se esse uoluerunt: quonam alio signo tueri se  
melius potuerunt, quam eodem immortalium, ut  
uidebatur, Deorum? quo factum, ut HERCVLEM με-  
γάλῳ Διὸς γόνον, ut ait ille, scuto, omni familia  
Deorum celato, instruxerint fabulae, quarum μυ-  
θῶδες neque hoc loco ἀφιλόσοφον esse uidetur;  
Scutum hoc, quo tot monstra, dictus heros, expugnasse  
fer-

fertur, ab HESIODO, carmine politissimo, descriptum est. Res omnis clarior est in exemplo TYPHONIS, quisquis etiam hoc sit nomine compellandus: cui caput, ad astra pertingens, adscribunt fabulae apud APOLLODORVM, libro I. Bibl. c. VI. §. 3. p. m. 19. ed. Th. GALEI. Paris. η δὲ οὐφαλή πομάνις τῶν αἴσηων ἔψαυε. Quis autem non sentiat hominem fuisse uirtutis tantae, ut cum Diis quoque, quorum in capite gestabat insignia, certare uideretur. Nam, et PINDARI Scholia, ad ἄ. Pyth. p. m. 162. ed. T. P. Brubachii, ex ARTEMONE, historico, refert, τύφει idem esse, quod οὐαῖς, adurere; et ueteres in APOLLONIVM Critici, p. m. 199. e PHER ECYDIS Theogonia, ut Iouis fulmen effugeret, aiunt, in Caucasum confugisse: ex quo, coniectura non uana, uidetur posse concludi, uirum hunc, multis immixum bellis, ad antiquum decus recuperandum, eum locum petisse, quem antea, cum sibi illud pararet, familiari consuetutine Deorum, tenuisset. Quae quidem sententia, certior non esse uidetur, quauis coniectura, qua rerum obscurarum, quarum non datur demonstratio, instituitur diuinatio. Et haec quidem sunt signa heroum uaria, quibus in cute impressis, tum dignitatem, illustriorem reliquis, prae se tulerunt, tum a morbis, et hostium telis, seruari immunia corpora putauerunt. Quo deinceps uidetur factum, ut in uniuersum ratio haberetur stigmatum, et notarium, quibus clari, et celebres, uiri notati fuere: id MARTIALIS Libr. XII. Epigr. 6a. testatur, sic ludens de homine, suis carminibus indigne;

Prōns haec stigmate non meo notanda est  
 at alii, pertaesī humanam sortem, cum ad immorta-  
 litatem adspirarent, lineis, quibus regi humana cre-  
 debant, e cute deletis, ignito ferro adurebantur,  
 quod genus ἀποθεώσεως DEIPHONTVM, manu  
 Cereris, expertum refert APOLLODORVS, Lib. I.  
 c. 5. p. m. 14. et quod de Iside habet PLVTAR-  
 CHVS, νύντως δὲ περιγένεται τὸ θυντήριον σώματος p. m. 334.  
 libri citati. quoque excitasse dicitur a mortuis Scyllam,  
 et ad immortalitatem perduxisse, eius pater, σάρκας  
 πατρῷον λοφύτων, ut LYCOPHRON. Alex. u. 54. tradit,  
 adeo ut, heroum, quae vocant, signa ac stigmata, ex-  
 plicari, e tribus allatis causis, pateat, posse: E quibus  
 reliqua etiam, quae vel publica religio habuit, vel  
 priuata consuetudo, aptissime deducuntur. Nam tot  
 cruenta sacrificia, in quibus tantum etiam sanguinis  
 sacerdotum effusum est, quis aliunde, quam e pri-  
 mo fonte bacchantium, deriuata agnoscat. quo circa  
 Baalitas I. Reg. XVIII. 28. IO. SPENCERVM Lib.  
 II. c. 13. de leg. Hebr. Sect. II. n. 4. p. 327. miramur  
 uehementer, retulisse, ob incisuras, lanceolis, et cul-  
 tellis, factas, ad ritum, quo, ut loquitur ipse, gentiles,  
 Deos eorum mortuos inuocantes, plurimum ute-  
 bantur. At, quis gentem finxerit tam immansuetam,  
 ac rudem, quae Deos mortuos vocaret, ac coleret:  
 quod euitare Cantabrigensis Doctor facile potuisset, si  
 attendisset, Baalis antistites, non tam Hesiae contuta-  
 tione conuictos, et persuasos, quam, ut Codex Hebraeus  
 habet, בְּפִשְׁמָמָה, more recepto, et pernulgato, se lacerasse.  
 Porro, e primo quoque genere orta videntur, Ser-  
 uorum stigmata, quibus, primum omnes in fi-  
 dern

dem Dominorum recepti sunt, deinde immorigeritani-  
dem, poenae loco, notati: et *Militum*, qui, in mani-  
bus, tirones, ducum insignia receperunt, uel alia  
parte corporis signati, et, uicturis in cute punctis,  
scripti ut habet *VEGET.* Lib. I. c. 8. et II. 3. 5. sacra-  
mento militiae initiati fuisse dicuntur. quo pertinet  
forte *Thoantis* sigillum, *ACHILLI*, in *Troiam* irrum-  
penti, quondam impressum, ne, si deprehenderetur,  
ipsum agnoscerent, sed gregarium militem esse exi-  
stimarent. hinc *LYCOPHRON.* u. 780.

*Σφεγγίς μενὲ δάοντος ἐν πλευραῖς ἐπ-*  
*Λιγοῖσι τερεγνθεῖσαι, τὰς οὐ λυμεών*  
*Εσεγνολάπτειν αἰσέναντος αὐνέσει.*

Cum quo etiam stigmatum genere *PAVLVS Gal. VI.*  
17. ἐξω γάρ τὰ σύμματα τῆς Κυρίου Ἰησοῦ ἐν τῷ  
σώματι μου ἔσται, sui officii notat, quibus abro-  
gata circumcisio, salutaris euangelii signa conti-  
nentur, comparasse uidetur. Neque aliam habet  
causam, quam eundem *Dionysi* cultum, signata stig-  
matibus fides, qua foedera, suae religionis insignibus,  
*Arabes* confirmasse, auctor est *HERODOTVS, Thalia,*  
c. *IIIX.* p. m. 84. ed. Bas. τῶν βελομένων ταὶ πιστὲ  
ποιέοδι, ἄλλος αὖτε ἀμφοτέρων ἀντῶν ἐν μέ-  
σῳ ἐσεώς, λεθῷ ὁξεῖ τὸ ἔσω τῶν χειρῶν ὥστε  
τὰς δακτύλις τὰς μεγάλις θητάμνει τὸν ποι-  
ευμένων τὰς πίστες· καὶ ἐπειτα λαβάν τὸν τᾶς  
ἱματίου ἐνατέρου περιόντην ἀλείφει τῷ ἀματι  
ἐν μέσῳ πειρέντας λίθης ἐπτῷ. τότε δὲ ποιέων

Πάνοιλέει τὸν τε Διόνυσον, καὶ τὴν δραγιάνην  
 et, qua iusurandum Scybas consuetudine signasse,  
 MELPOMENE perhibet p. 127. ὄρμια δὲ ποιεῦντες  
 Σπύζου ὥδε, πρὸς τὰς ἄν ποιέωνται, ἐξ οὐλη-  
 ναὶ μεγάλην περιφύλην οἴνον ἔγχεοντες, αἷμα  
 συρμίσγουσι τῶν τε ὄρμια ταριχαμένων τύφαν-  
 τες ύπεσπι, ἡ Πτιταρόντες μαχαιρὶ σμυρέν τι  
 σώματος. conf. c. LXX. *Melp.* a quibus ad Persas  
 forte insanitus peruenere, quibus ornare festos di-  
 es, sedt *Oussent*, dicuntur, quum publica solemnitate,  
 memoriam supplicii repetunt, quod de seruo A-  
 LI, prophetae interfector, est sumptum: nam circum-  
 stantes incident partes corporis, et eliciunt sanguinem,  
 et remittunt inuicem noxas, reconcilianturque  
 in speciem: magnates quoque copulant dextras in-  
 ter se, et REX complectitur principales, in signum  
 pacis et amicitiae. ut habet I. LAETVS in *Persia* p.  
 m. 158. Et iam, de incisuris, atque figuris impressis, in  
 uniuersum satis est dictum, clareque indicatum, ex  
 quo quaeque fonte profluxerint. Nunc ad luctum  
 attenti, טר omne, quo se propter mortuos homi-  
 nes lacerarunt, explanabimus. Quantus ornatus  
 ex HOMERO, tum ad omnem humaniorem discipli-  
 nam, quam illi pene orbis terrarum debet, tum ad  
 hoc caput historiae accedat, testis est *Iliados* ψ liber,  
 qui PATROCLI *Funeralia* continet: quem etiam, *Le-  
 ttori* ne simus molesti, praetermittemus. Aliorum  
 autem sermones, ut persequamur, dabimus ope-  
 ram. Est ergo forma eius ritus gemina: una pars  
 est

est naturae; consuetudinis alteras. Natura fortuito  
faepe casu sic est commota, ut nullus prudentiae,  
consilio, consolationi, fuerit locus: quin etiam co-  
gnitorum interitu, sic perturbatus est animus, ut  
crines uellerentur, lacerataque cute, cruentes copio-  
sissimi funderentur. nam et genas, in quibus gratia-  
e et humanitatis receptaculum omnis, unguibus  
ruptas, testes grauissimi doloris, mulieres, in turri su-  
orum spectantes caudem, reliquerunt: de iis enim  
HESIODVS u. 243. Scuti: *νατὴ δὲ ἐδεύπλοντο πάστις.*  
et SOPHOCLES, mollissimo carmine, de *Aias*, cum  
TECMESSAM, eius furores narrantem, p. 19. et dissi-  
rente chorū p. 38. induceret. Quo factum, ut MAT-  
THAEVS c. XXIV. 20. hominam terrorem, ac luctum,  
expressurus, quo, aduentu *Messiae* ad iudicium, perca-  
tientur, scripsérunt, *ναὶ τότε νόψονται πάστις οὐ*  
*δολοὶ τῆς γῆς*, tunc omnes terrarum gentes lugentes  
se prae dolore conscient: et MARCVS, c. V. u. 5.  
*Hist. Euangelicae*, hominem describens, praeter reli-  
qua genera furoris, dolore acerbissimo, a tristitia,  
atque moeroris parente, spiritu excruciatum, *καὶ διὰ*  
*παντὸς*, dixerit, *μυντὸς καὶ ἡμέρας* *ἐν τοῖς ὄγε-*  
*σιν, καὶ ἐν τοῖς μνήμασι γῆν, καρίσων, καὶ κατε-*  
*πόπουν ἐδυτὸν.* Quae res, a natura desumpta, in-  
morem deinde transiit, multis gentibus usitatum,  
ut euulis capillis, et barba, in suorum funere cor-  
pora quoque considerent, et, illo detestabili gene-  
re lugendi, Diis manibus parentarent. quod, de an-  
tiquis in uniuersum, copiosis notauit uerbis EVSTA-  
THIUS

THIVS, in *Iliados*. Et Thracibus adscriptit THEOCRITVS *Idyl.* XIV. 46. Huius uestigia per HOMERVM leguntur omnem, ac per Alexandram LYCOPHRONIS, cultum, et græcum, poëmation, in primis u. 680. seq. Scythes etiam, HERODOTVS ait, in Regum funeribus, uariis factis incisuris, lacerari, ut habet Mel pomene p. m. 127. τοις ὠτοῖς δύποτά μονται, τείχας πελμεργνται, βεργχιονες πελμεργνται, μέπωπον, καὶ σίνα παταμύσσονται. διὰ τῆς τε αἰεισερῆς Χεργὸς οἴσους διαβενέονται Lacedaemonios quoque, cum gentibus, minoris *Asiac*, incolis, iisdem usos legibus esse, affirmat HERODOTVS, Erato p.m. 183. et perhibet, unacum *Hilotibus*, in Regum funere, ita se gerere: οὐ φονται τε τὰ μέπωπα πέσοδύμως, οὐδὲ σίμωγη διαχέωνται απλέτω, Φάρμου, τὸν ὑστερον, αἱ δύποτενόμορφον τῶν βασιλήων, τετον δὴ γλυέσθαι αἰστον ab iis ad Persas forte uenit, quod, ut habet J. LAET. in *Persia*, p. m. 146. primae dignitaris ad hunc modum inhumentur: Praecedunt cadaver omnes domestici, corpus nudi ad usque cincturam, et brachium dextrum vulnerati, ita, ut largus sanguis emanet, inter quos et filii et heredes defuncti. Est igitur, quo quidque referatur: nam cum superiorum ratio data sit, ex qua orta esse uidentur, et cum qua comparari exacte possint: neque haec pars, nullam habere existimanda est causam, e qua nata esse dicatur. quae pars, quoniam ad placandos manes praincipue pertinet, religioni tribuenda esse uidetur, quae e Bacchis,

\* (55) \*

chi, seu *Solis*, sacris, in sacrificia, nouis stellis, in quibus defunctorum animas fulgere existimabant, exhibita, et ritus alios, complurium gentium, promanauit. iam ad explicandam legem Mosaicam reuertamur.

### VIII

De iis ergo scissuris, figurisque impressis, quae hac in lege prohibentur, quaeritur: sintne eae totae, uti uerbis continentur, ab usu *Hebraei* populi, ac sanctitate, remotae: an possint, aut ferri suis temporibus, aut eripi e legis *angelis*, allatisque limitibus temperari? In eo nonnunquam uariari uidetur, et dubitari, inter eos, qui has leges exponunt. quod maxime efficit IOANNIS SPENCERI prolixa oratio, in qua multum admodum gentium moribus datum, actaque est causa omnis superstitionis, ut digna profanorum plurima uiderentur, quae ipse DEVS condendis legibus adhiberet. quod si ita se habeat, non potest neque discerni a uero cultu gentium supersticio, neque beatum praestare hominem *Christianam* fides, quae, cum salutaris esse dicatur, e daemonum inuentis promanauerit. nam multis in legibus *Hebraeorum* nostrae religionis capita comprehenduntur: at, si in *Hebraeis* gentilia miscentur, siue praetermissum est a *Sacris Scriptoribus*, ut de iis locis nos admonerent, siue ignoratum. prima non minus incommodi habent, quam quaeque earum rerum, quae ad religionem faciunt, in quibus neglectum est aliquid: a diuinis autem hominibus, si sedes earum legum, in quibus profana insunt, ignoratur, uiam uitiae ignorari necesse est. Ex quo tan-

H

tus

tus consequitur error, ut quem in portum te recipias, consilii tibi uix quicquam suppetat. Ac de hac lege quidem, ut loquar, et eius uerbis, שָׁרֵת לְנַפְשֶׁךְ, dum ita differit, ut non unice, ac praecepue, omnem incisuram, qua corpora in luctu concissa fuerunt, prohibitam dicat, sed eam tantum, quam idolorum cultores sibi, ut manibus defunctorum satisficeret, indiderunt: mollior mihi, ut ita dicam, ratio eius esse uidetur atque imbecillior, quam asserti difficultas et infirmitas postulat. Quid enim est tam imbecillum, quam ab hominum uitiis, quibus a lege deficiunt, ad legis sententiam argumentari. IEREMIAS quidem, quo se primum defendit SPENCERVS, c. XLI. Propb. u. 5. *Sichema, Sihab, et Samaria* homines, ait, ad Deum adeuntes, ueniente cum sacrificiis, מִתְגַּדְּרִי, ob excisum uidelicet templum, ut ABARBENEL putat, uel, ut rectius KIMCHI VS habet, ob excisa Hierosolyma: cum templum dirutum, ob allata munera, ignorasse videantur. Ag enim, occupata a Chaldaeis IUDÆA, in tanta religionum colluui, quae poterat esse sanctitas, aut obseruatio legum: probent igitur, qui cum SPENCERO faciunt, homines hos cum laude potius, permissoque legis, quam contra legem, corpora conficisse. reliquos IEREMIAE textus, quos adfert SPENCERVS, uelim, accurate, de quibus agant, inspexisset. nam *Ier.* XLVII. 5. עד מִתְגַּדְּרִי ad Caphtoreas reliquias, et c. XLVIII. 37. על כל מִתְגַּדְּרִי, et רַיִם גַּדְּרִי, ad Moabitas pertinent, e quorum moribus ad *Hebraeos* non potest, rationibus connexis, peruehiri. et allatumIESIAE locum, מִתְגַּדְּרִי.

reges tetrapluméni Hebraei Codices c. XV. 2. non habent. E quibus satis patet, nullam inesse vim in iis, quae attulit argumenta IO. SPENCERVS, ut omnia, quae probare voluit, si ex allatis quaerantur, ne apparent quidem. At enim, IEREMIAM iterum adfert testem sententiae suae, qui c. XVI. 6. *Hebracorum calamitatis constituit partem, mortuis principibus omnibus, ac hominibus e uulgo,* לא יתגרר ולא יקרז וְנַהֲרָה nemo ut se consindat, uel crisas tondendo efficiat, futurum. concedat ergo SPENCERVS, eadem ratione e MICHAE concione c. III. 5. 6. 7. quae quo ad modum, priori IEREMIAE plane παγίλληλος est, recte concludi: *Hebraeos, DEO non inuito, ex astris, uelato capite, diuinasse.* at id contrarium est scripturae, et *Israeli*, non nisi cum reprehensione dictum, qui, auctis gentium superstitionibus, IECHESK. V. 5. XI. 12. earum calamitatum grauitate sic erat opprimendus, ut eos etiam ritus, quos tantopere amplexus erat paulo ante, animi, oppressi uehemencia poenarum, obliuio deleret. Videmus ergo rationem, ac uiam, qua IEREMIAS sit, eo in loco, explicandus: quam notet uelim IOANNES CLERICVS, quem cum SPENCERO, et SIMONE PATRICIO, eodem uideo in errore uersari. Is enim, quo tractu uerborum, quantaque haesitatione, progressus est, quando a SPENCERI sententia fuit interdum discedendum, ut nec ipse sibi semper videatur constare; quod uel ista, de Circumcisione dicta, testantur: *bis editis legis rationibus, non opus erat Spencерum ad alias confugere, sed uidetur, numero non minus, ac pondere delectatus, cui non inconcinne illud Talmudum dicunt*

הַלְמִיד חָכָם שָׁאוֹן תָּכוֹן כְּבָרוֹ אַיְנוֹ: *dicum subieceris non nominandum esse doctum, cuius oratio animusque sibi non constant;* quo genere literarum, scio, ipsum non magnopere delectari, cuius promos condos, **B V X T O R F F I O S**, satis insulse quandoque ridet. Certe id, a quo cum aliis, in **I E R E M I A E** uerbis explicandis, aberrauit, docere ipsum potuissent **R A B B I N I**. Optime enim cum *Abarbenele*, et *Kimchio*, sic loquutus est **I A R C H I V S**, *Scholias* ad hunc locum: וְחַדְךָ הַאֲבָלִי לְהַגְּדָר וְלִשְׁרָט בְּשָׂרָם וְלִקְרָחָ קְרָחָה בְּרַאשֵׁם וְמֶכֶל מִקּוֹם לִישְׁרָאֵל אָסָור וְלֹא הַכְּרוּנוּ כִּאן אֶלָּא לְרַגְמָת אֲבָלִי. Igitur, quum allatis rationibus, effici non possit, ut **S P E N C E R I** sententia defendatur: et שְׁרָט לִנְפֵשׁ omne, uel propago sit *δεισιδαιμονιας*, uel effectum μηρυθυμίας τῶν ἐλπίδα μὴ ἔχόντων, auctore **P A V L O. I. Thess. IV. 13.** patet, hac lege omne שְׁרָט לִנְפֵשׁ prohiberi. primum enim alienum a populo *Hebraeo*, **M O S E S Deut. XVII. 3.** alterum **P A V L U S**, ab homine *Christiano*, remotum iudicavit. Quamobrem errat **I O. S P E N C E R V S**, qui p. 325. haec habet, uerisimile est eorum (*Hebraeorum*) nonnullos hanc uocem שְׁרָט, stricte, pro anima scilicet, accepisse: adeoque carnis incisionem, capitis tonsuram orbicularem, aliosque ritus funebres licitos habuisse, modo eos ad fuctus uerbementiam indicandam usurparent, non ut manibus, aut animae defuncti, quid gratum facerent. cum etiam dictum sit in superioribus, si uocum proprietatem spectemus, ita שְׁרָט illud, usi uoluit **S P E N C E R V S**, explicari non posse. Audebo etiam cetera, quae ab ipso sunt dicta, hoc modo, erronea appellare, nec fraudare

filo

suo ueteri nomine, quam nouum potius, quo compellere, exquirere. quis enim existimet, id, quod causae oppositum est, effecto non esse contrarium, atqui, et effreni luctui eorum, qui dolori, et anxietati, se totos tradere solebant, hac lege, fatente SPENCERO p. 326. n. 3. est occursum: et obuiam itum profanarum gentium superstitioni, eodem teste, SPENCERO p. 324. asserto 2. et 3. ergo eadem lege omni, quae propter mortuum fit, incisurae interdictum, necesse est, fateamur. Nam ex his causis, *idolatria*, et *unguicularia*, omnis, in luctu, ratio, concindendi ipsum, deducta est. Pugnat igitur secum SPENCERVS, qui p. 324. ass. 1. propter mortuum, sic scribit: *apud ethnicos usus inoleuit, ut nuda corpora gladiis impeterent, capillos euellerent, genas unguibus lacerarent, et ritibus huiusmodi ridendis, et insanis potius, quam flebilibus, in amicorum funeribus uterentur.* Deus itaque hanc legem dedit, ut ritus hosce funebres, Gentilismi soboles, et a decoro prorsus abhorrentes, eliminaret, paulo post etiam ita sententiam suam declarat: *id interim illa ea ueritate, dici potest, hunc ritum funebrem, nec solum, nec praeципue has in lege prohiberi. nam ritus ille per se spectatus, nil prorsus in honesti continet: est etiam incredibile dictu, Iudeos antiquos, exequias agentes, carnes eorum tam frequenter incidere uoluisse, modo ritum illum hic unice, nec praecepue, ne uitum existimassent.* At, quid est tam contrarium, quam eundem ritum, esse et insanum, et nihil in honesti continere. quid cum ratione magis pugnat, quam, *Iudeos antiquos ideo te incidisse, putare,*

quod, nec unice, nec praecipue, quibus uoculis ualde se  
oblecat SPENCERVS, hac lege id טרְשׁ, quo animi  
dolorem indicabant, prohibitum existimassent: qua-  
si, quod *unice*, et *praecipue*, prohibitum non est, id aut  
plane non esse prohibitum, aut perpetrari impune  
ueteres *Hebraei* putassent, penes quos optima-  
*Mosaicarrm* legum interpretatio erat. Cuius gene-  
ris etiam sunt alia quaedam, facile obvia cuiuis, eius  
scripta legenti, et hoc loco, quem iam *Spenceri* er-  
rores nimium dilatarunt, minime repetenda. Sed  
uenio ad עַקְעָפָה כתבת, quibus uocibus, ut supra est  
dictum, omnes impressae figurae continentur. Haec  
ergo, cum latissime pareant, neque ad luctum, ne-  
que ad aliam speciem, tantum possunt referri. aut e-  
nim inhumanum fuit, aut impium, et superstitiosum,  
figuras in corpore inscribere: primum natura con-  
fusat, ab altero autem, DEI lege, est caustum. Erra-  
uit ergo IO. SPENCERVS, qui e MOSE, Deut. XIV.1.  
עַקְעָפָה כתבת omittente, concludit, p. 331. 332. illud  
ad luctum pertinere. Nam cum praetermissum est  
eo in loco, et ad luctum tamen referri debeat: se-  
quitur, sub טרְשׁ, tanquam genere suo, comprehendi-  
id si ponamus, absurdum affirmandum erit, et ab  
omni usu uocis, proprietateque, remorum, טרְשׁ latius  
patere, quam בְּתַבְנָה: quod lane ostendit, primum, quod  
SPENCERVS habet, probari e ueris non posse, quippe  
e quo falsum aliquid consequatur. Nec multo rectius  
idem *Anglus Ceteb.*, מכות, ZACHARIAE, XIII.6. cum HV-  
GONE GROTIO, *inusta stigma* exposuit, p. 329. 330.  
atque ad עַקְעָפָה כתבת extendit: quasi falsorum pro-  
phetarum signa, semper ferro inusta fuerint, et hac  
specie,

specie, uis omnis nostrarum uocum compleatur. In eo uero sibi etiam contrarius est, qui p. 330. init. *Zachariae* uerba, ad falsorum prophetarum notas, deinde media pagina, S. II. ad ciuilia signa, censeat pertinere: cum quo iungit argumenti genus, reliquis, quae confutata a nobis sunt, non praferendum, quo ex iisdem, *Zachariae*, uerbis concludit, non omnia plane stigmata, impressa corporibus, hac in lege prohiberi. Neque audiendi sunt *Indaei*, inter quos esse MAIMONIDEM doleo, parum apte hanc legem, uariis adhibitis limitibus, temperantes, conf. MAIM. in

**תומ. I. Iad Hhasak.** p. 44. *Maccoth Misn. c. III.* §. 5. 6. R. LEVI BARZELONITA, Lege CCLVII. ab Hottingero explicatus. Atque haec nobis de eo, quod prohibitum est ea lege, dicenda fuerunt. Nunc, si placet, rationem, qua adductus *Dens* hanc legem condidit, strictim inuestigabimus

## IX.

Et, cum plurima sunt, quae, si fas est in huiusmodi rerum causas inquirere, *Deum* ad hanc ferendam legem impulerunt: tum inuentu facillima, si cum finibus, quos habuit DEVS, cum fundamenta *Hebraeae Republicae* poneret, accurate conferantur. Ii fuerunt, ut populum sibi erudiret, cui τὰ λόγια διετέλεσαν, ad humanum genus beandum, crederentur. Merito itaque illi familiae, quae morigeram se *Deo* praestitit, praeter eam, quae figuratas continet, aliam legem dedit, qua mores eorum, qui uerae religionis sacramenta tenebant, ad firmandum corpus illius

Reip.

Reip. in qua DEVS Rex erat, temperaret, et indita in  
 natura, quae euerterat peccatum, in eorum memo-  
 riam reuocaret. Quare in iis cautum est, optimo  
 consilio, per MOSEN, diuino spiritu plenum, ut ne  
 quid eorum instituta ferrent, quod, barbaro more,  
 corpus male haberet, quo possent incauti, et impru-  
 dentes, turbari, et a ueri Dei cultu abalienari, deni-  
 que quo furori, uel immoderate lugentium, uel im-  
 proborum, qui ne ad supplicium trahantur, se ipsos  
 perdere malunt, indulgeri uideretur. quemadmodum  
 ergo humanum genus *Hebraeos* habuit suae salutis  
 auctores, et indices, ita fines, quos dictum est ha-  
 buisse *Deum*, in quibusdam condendis legibus, hanc  
 quoque legem, quam illustramus, praeter alias mi-  
 nistram habuere. Ex quo sane sequitur, idem hu-  
 manum genus non minus ad fines legis, quam *He-  
 braeos* ad legem proprie pertinere. Adeo, ut ra-  
 tiones latae legis et optime dari posse praesenti lo-  
 co, et a IO. SPENCERO in multis, non praeter rem,  
 datae uideantur. a quibus tamen excipi uelim, quae  
 attulit inter causas שָׁרֶט, c. XIII. Sect. II. L. II.  
 p. 327, ne populus *Israeliticus*, pro more seculi, mortuis,  
 aut idolis aliis, cultum exhiberet, aut saltem exhibere  
 uideretur: quum primo, *Idololatras*, conflet, Deos suis,  
 incisis corporibus, mortuos inuocasse. deinde, Maimonides  
 doceat, eam incisuram, quae ob ruinam domus, aut na-  
 nem submersam inducitur, non esse prohibitam. quorum  
 illud confutatum a nobis est, in Basilitarum exemplo,  
 quo non sunt fortiora, quae reliqua, hoc loco, uir  
 CL. attulit: hoc autem cum aliis *Iudeorum* com-  
 mentis est rejectum. Ceterum ipsi nos affirmamus  
 hanc

hanc unam praecipuam extitisse causam latae legis,  
 ne populus Deo sacer ad profanorum errores, ut est  
 dictum, auocaretur. uerum id remouemus, ne alii  
 is cultum exhibere uideretur: cum Deus non curet, ut  
 sancti homines uideantur: sed ut sint, suo iure po-  
 stulet: quo obseruato, bene affertur Deut. XIV. 1.  
 בְּנֵי אֶתְתָּם, et ab Arabe optime explicatur  
 اَنْتُمْ اَهْمَّ اَنْتُمْ اَهْمَّ اَنْتُمْ اَهْمَّ  
 et cum sitis amici Dei, Domini  
 uestri. Quod ergo reliquum est inter fines supra a  
 nobis positum, nunc quoque exponemus: ita ta-  
 men, ut breuitatis causa, in quibus, uel ipsi nos, uel  
 alii iam fuerunt uersati, praetermittantur. Primum  
 igitur, ubi positum est a nobis, Reipublicae firman-  
 dae, et feliciter conseruandae, causa, sanctum esse, ut  
 ne cūd infirmerent, quod corpus male haberet, sic  
 debet intelligi: cum omnes bonum sibi esse nar-  
 ra uelint, et ad ciuitatis suae, in qua uiuimus, sed etiam  
 pertinere existimant, si, suis quoque ciuibus, omnia  
 bona euueniant: dolebunt certe uehementer, si, et  
 se ipsos, et suos, tantis uideant cruciatibus torqueri.  
 Nam omnis amor ex animis exstirpatur, coniunctio  
 que hominum, ac societas, rumpitur, si, ut quisque  
 est optimus, ac religiosissimus, sic plurimis vulneri-  
 bus laceratur. Nam quae potest esse, in doloribus  
 perpetuis, coniunctio, amoreque aliis bene faciendis,  
 quem sibi ipsis inferre malum teneantur. At, quae  
 res publica bene, ac diu, stabit, si, quae sunt princi-  
 pia communitatis, et societatis humanae, delentur.  
 Ut sapienter uideatur praecipisse PLATO L. V. de  
 Legibus p.m.605.ed. Ficini πάντας ἀν τῷ τέτο γε νομίσεις  
 τῶν τε σώματος εἴναι κατὰ Φύσιν πίπει. Et  
 quoniam copia parua eorum est, qui captiunt ratio-

nem talium rerum, modumque tenent, atque finem  
 institutorum: reliquorum autem, qui excedunt ter-  
 minos, et in deteriora labuntur, infinita est multitu-  
 do: singularis prouidentia *Dei* referenda est ad illas  
 legis laudatissimae causas, quae cauit, ne uel imbe-  
 cilles, ritus acerbitate oppressi, mereri aliquid puta-  
 rent, aut mortuis, aut, qui plangunt; uel curiosi, specie  
 religionis affecti, aliquid in ipso cultu *Dei* innouarent,  
 quum bac uia, ad gentilem cultum, quo manibus  
 parentatum est, corporaque uel firmata, atque  
 munita, uel in Deoram honorem ornata fuerunt,  
 per facile ueniri potuerit. De quo cum satis sit ante-  
 dictum, abstinentum est in praesenti, ultimum  
 que caput addendum, e quo uidetur ratio dari pos-  
 se latae legis: id erat, ne furori ~~curiosi~~ <sup>et</sup> ~~accidens~~ <sup>et</sup> ~~in~~ <sup>in</sup>  
 ri uideretur. Eius ~~ante~~ <sup>furoris</sup> duo uidentur ge-  
 nera porci <sup>et</sup> ~~curie~~: quorum in altero sint lugentes, in  
 altero homines mali. Illorum animo paruo et im-  
 prudenti uidetur deberi desperatio. horum autem  
 fera consilia impelluntur metu grauioris poenae, ab  
 iis infligendae, quorum in manibus sunt, si depre-  
 hendantur. quo ZOPYRVS pertinet apud *Institutum*, et  
 qui illi sunt similes. Interest igitur Reipublicae, ne  
 toleretur quod abolere possit fiduciam in Deum, con-  
 stantiamque, ac animi frangere fortitudinem, uel quo  
 uaria scelera, ut commodius, et tutius, perpetrentur,  
 inuari possunt. at corpora, cum misere conscindun-  
 tur; mouentur anhelitus, vultus matantur, mens to-  
 ta torquetur, ex quibus magna significatio fit, non  
 retineri constantiam, atque fidem. et, qui facinora  
 committunt, dum ad mortem se pungunt; quid ali-  
 ud quaerunt, quam ut ne agnoscantur. Ergo mul-  
 to eti-

to etiam magis ob has causas erat elaborandum, ne  
Iugentium contestatio a natura recederet: quod as-  
sequuti optime sunt *Hebrei*, qui lege monebantur,  
ne in tantas perturbationes, atque exanimationes, in-  
ciderent, sed attentos animos ad fidei, et decori, cor-  
seruationem afferrent. Ex quibus omnibus clarum  
est, quod, secundo loco, superior probauit demo-  
stratio: humanum genus non minus ad fine  
huius, quam *Hebreos* ad ipsam legem propr  
tinere. ac cum ad *Hebreos* ostensum sit, et  
et fines legis huius pertinere: ad humanum  
genus, quo *Christianae Dei ciuitas* continetur  
fines eiusdem legis nostrae referri debere, sequitur,  
ad *Christianos* etiam legis nostrae causas pertinere:  
hoc est, legem nostram propter *Christianos* etiam  
conditam esse. Ut adeo nec satis bene fecisse vide-  
antur priorum temporum *Christiani*, si eorum in-  
dustria, ut e quibusdam apparet locis *Patrum*, in  
crucis, signo, frontibus imprimendo, maxime fuit uer-  
sata. CYRILLI enim, Episcopi Hierosolymitanii, ista ab  
ANDREA RIVETO p. 435. Catholicorum Orthodoxi, af-  
feruntur: non pudeat igitur nos crucifixum confiteri: sed  
in fronte μετὰ παρόντος, confidenter, signaculum  
crucis imprimatur. quod tamen eorum institutum,  
quantum peruerterit Pontificia Roma, putauit hoc lo-  
co breuiter attingendum. Nam sequutis, post CHRI-  
STVM, temporibus, quum aucta esset Romani potentia  
Episcopi, in corpora etiam est saeuitum, legeque, huic  
nostrae contraria, condita, fancitae sunt flagellatio-  
nes, quibus pro peccatis, corpora scinderentur. Est  
enim ante *Seculi tertii* aetatem, de genere  
doctrinae, quod, ab *Apostolis* traditum, iactant

aduersarii, plane nihil auditum; sed paulatim, ut a ci-  
uili magistratu homines abstraherentur, id omne  
*Concilia Canonesque sanxerunt*. Fabulae autem sunt,  
quae de FRANCISCO ASSISIO, Ordinis Minorit-  
arum primo auctore, quem, angelum habentem si-  
gnum Dei uiui, profani homines appellantur, a Bon-  
aventura et Matthaeo Parisiensi, adferuntur, exponente,  
RID. SPANHEMIO Hist. Eccles. Tom. I. Oper. p.  
1663. 1664. Quod omne effugere boni uiri pos-  
si uellent attendere ad uirum nostrae legis, et

ip. naturam satisfacionis humanae perpendere se-  
cum, uamque parum habeat, quo DEO, qui infini-  
tus est, iatisfiat, considerare. Quocirca accurate de-  
fendit ab aduersarii strophis *Divinam legem*, GEOR-  
GIVS ZEAEMANNVS p. 192. 287. *Carnificinae Esauiti-  
cae*, et IACOBI GRETSERI furorem plene repressit,  
quod summa cum laude etiam factum est a IACO-  
BO HEILBRVNNERO Ecclesiaste Palatino Neoburgico,  
et MATTHIA VOLSCIO: quorum primus *Iesuitica*  
*flagellatione*, cum a clo Ioc vi Iesuitae libri III. de spon-  
tanea disciplinarum et flagell. cruce editi essent, alter ha-  
bitis concionibus, *Gretserum*, eodem anno clo Ioc vir,  
ambo coercuerunt. qui, cum ad annum seculi  
clo Ioc XIII uariis scriptis, in quibus est *Praedicans uapu-  
lans*, editus clo Ioc VII, *Virgidemia Volsiana* clo Ioc VIII,  
*Agonisticum spirituale* clo Ioc IX, *Athletica*, *Praeco masti-  
giophilus* clo Ioc XII. *prædicans Heautontimorumenus*  
clo Ioc XIII, eandem caneret cantilenam, confutatus  
est industria GEORGII ZEAEMANNI, editis *Iesuita*  
*reuapulante* clo Ioc VIII. *Gretsero triumphato*, *Athleta*  
*laruato et stramentitio*; Quibus additi plures inueni-  
untur scriptores nostrarum partium a I. G. BAIERO

Dissert.

Dissert. de flagellationibus pontificiorum et I. F. MAIERO  
Tractatu de flagellatione spontanea. Haec obiter, cum  
ferret occasio, duximus annotanda

## X

Quibus omnibus ad explicandam MOSAICAM LEGEM allatis, finis labori imponendus est. Neque enim cuncta uoluimus hunc in locum congerere, quae uel de *Origine poenarum*, quas e stigmatibus superior deriuauit aetas, uel aliis de rebus, dici potuerunt: quippe quum satis in his, quae ad rem faciunt, hoc sermone profecta oratio esset, e medio cursu crescentis commentarii moles reuocauit. Nam et initio, in uocibus satis est studii positum, ut ex originibus suis deducerentur. et deinde collectis, quae dicta sunt, omnibus, literae quid significant singulae, abunde est declaratum. Porro cum esset explicandum id, quod haec lex proprie prohiberet, et contrariae sententiae refellendae, origines prohibiti ritus euolutae sunt ante, quam *legis et amplitudo et causae* darentur. Quibus perfectis singulis,  
DEVM, pro concessis uiribus, ueneramur.

F I N I S.

## ERRATA

פ. 3. l. 21. pro: leg. ג. p. 4. pro גָּדוֹר leg. רַרְאֵת p. 5. l. 20. pro גִּידְעֹן leg.  
גִּירְאָן l. 31. pro רַרְאֵת leg. שְׁמַטְתָּה p. 8. l. 13. pro op-tileg. o-pri.  
p. 14. l. 16. pro admodum leg. ad modum p. 15. l. 21. post בִּתְהַדְּבָּר leg. בִּתְהַדְּבָּר  
l. 28. pro pa leg. pia. p. 18. l. 8. pro Samaritanus leg. Samaritanus. p. 21.  
l. 3. pro iterarum leg. literarum. p. 24. l. 10. pro buffe leg. bruisse. p. 25. l. 17.  
pro צְדָקָה leg. צְדָקָה p. 26. l. 29. pro nobis leg. uobis p. 42. pro tu leg. tu  
p. 44. l. 8. pro uo leg. uo p. 47. l. 9. pro ּ leg. ּ p. 48. l. 28. pro ce leg. cae.  
p. 49. l. 18. pro tilleg. di. p. 51. l. 2. pro dem leg. rum. p. 52. l. 12. ad ALI del,  
reliqua, in quibus formae peccarunt, leuiora, humanitas sua, bone le-  
ctor, commendabit.

# CL. DN. RESPONDENTI

S. P. D.

P R A E S E S.

**E**legans sane, Vir CL. & quibus totum TE conse-  
craisti studiis, non indignum est argumentum,  
in quo uires ingenii iam primum periclitari, & Era-  
dito simul Orbi, magna cum laude innotescere insi-  
tuisti. Inter uarios enim, eosdemque nefandos, qui-  
bus profani, & diuinioris doctrinae expertes, populi  
turpiter se contaminabant, ritus, non ultimum iste  
sibi uendicat locum, quo in proprium saeuire corpus,  
idemque, omni quasi exuto humanitatis sensu, mi-  
serere diuexare ac dilacerare solebant. Cum itaque  
DEVST.O.M. in eo esset, ut sanctum suum popu-  
lum in Palaestinam famosum hucusque omnis ido-  
lolatriæ domicilium, atque sedem, deduceret, ma-  
ximo id in primis egit opere, ut à peruersis Gentи-  
um moribus, et sigillatim à turpisimo hoc uitio, san-  
ctione quadam peculiari, tempestiu eundem auo-  
caret. Quam quidem cum enodandam TIBI,  
explicandamque, sum seris, non modo in singularum  
uocum significationem, uim, atque emphasis, rite  
inquiris, atque adeo, quae uera illius sit mens, ac  
sententia, dilucide exponis, uerum etiam genuina, et  
ultima, prohibita consuetudinis, origine, ex Ara-  
maeorum Theologia, quam Οὐσιοῦν et ἴδιοῦν uo-  
cabant, repetita, in cultu Solis, quem sub Bacchi  
et A-

et Apollinis nomine antiquitas uenerata fuit, incunabula quaerenda esse, eruditè confirmas. Digressus inde ad Medicinam, Astronomiam, et Artens, quam Θυσιονομινην vocant, ne qua in re munere TVO defuisse uidereris, quid illis, hac in parte, tribuendum sit, sōbrie non minus, quam copiose, ostendis. SPENCERV M, Eiusque Aſſeclas, qui, Legem hanc mitigari aliquando potuisse, sunt persuasi, eademque propterea certis quibusdam limitibus circumſcribunt, uel ideo impugnas, quod illi, ad famam nomini parandam, subinde de Sacri Codicis auctoritate detrahere, & communes, omniumque fere conſensione receptas, opiniones, uariis temere labefare argumentis, & quantum in ipsis eſt, penitus euertere videntur. Tantum enim abeft, ut, male sanis horum persuasimur, decipi T E patiaris, ut, allatis in medium potius solias, & ex natura rei de-promptis, rationibus, quibus DEVS, in hanc legem conderet, inductus esse uidetur, quid distem iera lupinis, demonſtres. Quare, cum et expectationi meae, et officio TVO, abunde satis feceris, non possum, quin et publico, et meo, impense TIBI gratuler nomine, ac praeclaras ingenii TVI dotes, quas mores, ad omnem modestiam compositi, mirifice commendant, digne, et quo par eſt studio, collaudem. Quo enim capaciore, ad res egregias, praeditus es ingenio, hoc aegrius angustis doctrinae spatia contingens,

ris,

ris, quin potius, magna solertia, sedulo in id incumbis,  
ut cum coelestis illius, ac diuinioris sapientiae studi-  
o, elegantiores quoque literas, sapienti consilio, con-  
iungas. Sana in primis et sobria curae TIBI, cordi-  
que, est Philologia, quo ipso, dum Venerandi PARENTIS,  
qui DEI causam apud Dresdenses, his et-  
iam afflictis, intrepide agit, temporibus, aptum TE  
paterna gloriae, et insignem aemulum, dignissimum  
que adeo praeflas haeredem. Age modo, VIR CL.,  
et hoc praecepsum TIBI et proprium uendica, ut in  
posterum quoque uerum laudis iter, quod pridem in-  
gressus es, perpetuo teneas, nostramque opinionem,  
confirmatam in praesenti, plurimumque auctam,  
constanter tuearis. Fauent TIBI aetas uegetior, ui-  
res et corporis et animi, prospera ualeudo exstat:  
TE fortunam melior, nec deerunt RONI SVM-  
MI, iusti aequique studio in TVORVM existimato-  
res, quorum o<sup>ne</sup> que auctoritate, ueluti secundo  
subiecto uento, quem TIBI proposuisti, portum, ex-  
not ac feliciter consequaris. Quod reliquum est,  
precor immortalem DEVIM, ut Tu is porro studiis, et  
laboribus, propitius adsit, eademque, pro abunduia  
bonitatis suae, ita moderetur, ut de puriori, qualate  
patet, DEI coetu, aliquando benemeriri, PARENTI-  
BVS insigne sincerumque gaudium, TVO uero Nomi-  
ni ampliorem subinde famam parare queas: Vale.

Dabam IX. Kl. Martias A. R. S.

CIO IO CC XIIII



00 . A 6306

ULB Halle  
002 927 209

3




56.

V817

Datab.

Hc. 94.





20

D. B. V.  
AVSPICIIS  
RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI  
SERENISSIMI PRINCIPIS REGI  
**FRIDERICI AVGVSTI**  
**DE**  
**CORPORE SCISSLVRIS**  
**FIGVRISQVE NON**  
**CRVENTANDO**  
DVCTV LEV. XIX. COM. XXVIII.  
PRAESIDE  
**IO. CHRISTOPH. VVICHMANNSHAVSEN**  
LINGVARVM ORIENTALIVM PROF. PVBL  
AD DIEM XI. KAL. MARTIAS  
A. G. R.  
810CCXIII  
PVBLICE DISSERET  
**M. CHRISTIANVS AVG. HAVSEN DRESD.**  
ALVMNVS REGIVS  
—  
VITEMBERGAE SAXONVM  
PRELO SCHROEDERIANO